animal dicatur, ut non modo animal fit, fed etiam humanae naturae vim habeat, quamvis adhuc utero radicitus haereat. Sed jam ad foetum ipfum tanquam animal id formatum ut nihil ipfi quo minus homo fit defit, noftra vertatur oratio. Prodite quaefo e finubus nihil timentes, o foetus, neque generis demiffionem neque cariffimos alienatos neque opes auferendas. Non vos multorum calumnia neque horum qui naturam ipfam injuria afficiunt excludit malignitas. Quapropter eos poenis vos afficietis, ut Pericles, ut Pififtratus, ut Paris illeque Macedon Alexander atque Hercules.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΔΙΑΙΤΗΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ.

Ed. Chart. XI. [184.]

[184] *Κεφ. α'. Ὁ παροξυσμὸς οὐ μὲν τὴν βίαν τε καὶ κίνησιν, ἀλλὰ τὴν ἠρεμίαν καὶ παρηγορίαν ἐνδείκνυται, καὶ τὸ πείθειν μᾶλλον ἢ βιάζεσθαι πάντων ἀπεχομένων τῶν κινητικῶν βοηθημάτων. ὅταν δὲ καθαιγίζωσιν αἱ νοῦσοι ἡσυχάζειν καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ἰητρὸν τῇσι θεραπείῃσι, ὅκως μὴ κατεργάζηταί τι κακόν. καὶ περὶ τῶν μερικῶν ἐθέσπισε παροξυσμῶν εἰπών· τοῖσιν ἐν τῇσι περιό-*

GALENI DE VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS EX HIPPOCRATIS SENTENTIA LIBER.

Cap. I. Acceſſio quidem neque vim neque motionem ſed tum quietem tum mitigationem indicat; atque perſuadendum potius quam cogendum eſt omnibus quae movere queant praeſidiis prohibitis. *Quum vero morbi irruunt et laborantem et medicum a curationibus quieſcere oportet, ne quid mali efficiat.* De particularibus etiam paroxyſmis his verbis vaticinatus eſt. *Quos per ſtatos cir-*

δοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι μηδ' ἀναγκάζειν ὅπερ ἐστὶ, μηδ' ἀναγκαστικῷ μηδενὶ χρῆσθαι. οὔτε γὰρ προσθετικὸν, οὔτε βίαιον οὐδὲν ἐν τοῖς παροξυσμοῖς ἀξιοῖ παραλαμβάνεσθαι. τάχα δὲ καὶ ταὐτὸν δηλοῖ ὅταν φῇ· τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν μήτε νεωτεροποιέειν μήτε φαρμακίῃσι μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾷν. ἱκανὸν ἔστω τοῦ παροξύσμου κακὸν μὴ συνελθεῖν τόδε τοῦτο καὶ τὸ ἀπὸ τῆς τέχνης. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐνδείξεων καὶ ὕστερον διασκεψόμεθα.

[185] Κεφ. β'. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς τοιαύτας τῶν καιρῶν ἔπειτα τὰς διαφοράς· καὶ τὰς φῶμεν ὡς ἄρα τῶν νοσημάτων τὰ μὲν ὀξυθηγεῖς ἔχει φύσει τοὺς τέσσαρας καιροὺς, τὰ δ' οὐδὲ τέσσαρας ἀναβεβλημένους· ἔνια δ' αὐτῶν ἀμείβει τὴν βραδύτητα πρὸς τὸ τάχος, τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ, τὰ δ' ἐπὶ τέλος, τὰ δ' ὡς ἔτυχε. προσθεὶς ἐν ἐπιδημίοις τὰς κατὰ σχήματα πυρετῶν διαφορὰς συνεχῶν, ἡμιτριταίων

cuitus accessiones adoriuntur, iis nihil dare oportet neque eos cogere; quod est nulla re vim inferente utendum est. Neque enim alimentum neque violentum quidquam in accessionibus assumendum esse censet. Fortassis autem idem docet his verbis: *quae judicantur aut integre judicata sunt, ea neque movere neque medicamentis neque aliis irritamentis innovare, sed sinere oportet.* Satis sit paroxysmi malum non concurrisse tum hoc tum quod ab arte invehitur. Verum de indicationibus deinceps ratione disseremus.

Cap. II. Jam vero hujusmodi temporum differentias deinceps videamus; dicamus ergo morborum alios quatuor habere tempora natura acuta, alios vero non quatuor producta, nonnullos *denique* ipsorum tarditatem celeritate compensare; hos quidem morbos in principio, illos vero in fine, alios *denique* ut sors tulerit. Quum enim in epidemiis prius febrium ex ipsarum speciebus, continuarum, intermittentium, tertianarum, semitertianarum vel quoti-

ἢ ἀμφημερινῶν, τεταρταίων καὶ τῶν λοιπῶν λέξεσιν ἐπιφέρει ταῦτα. εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν ὁμοίως ξυνεχέων καὶ διαλειπόντων. αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἔστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον· περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἀπολεπτύνεται. ἔστι δὲ οἷσιν ἄρχεται μαλακῶς καὶ ὑποβρύχιος, ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἡμέρην ἑκάστην; περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἅλις ἐξέλαμψεν· ἔστιν οἷσιν ἀρχόμενος πρηέως ἐπιδιδοῖ καὶ παροξύνεται καὶ μέχρι τινὸς ἀκμάσας πάλιν ὑφίησιν μέχρι κρίσιος καὶ περὶ κρίσιν. ξυμπίπτει δὲ ταῦτα καὶ γίνεται ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ καὶ παντός νουσήματος. ἔστω, τὰ μέν φησι τῶν λόγων ἐπὶ τῶν συνεχέων πυρετῶν διὰ τὸ εὔσημον· τὰ δ' εἰρημένα τῶν καιρῶν κινήματα οὐ μόνον ἐπὶ παντὸς συμπίπτει πυρετοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς νοσήματος. ὥστε μηδὲ παρ' Ἐρασιστράτου μηδὲ παρά τινος τῶν νεωτέρων μανθάνειν ἡμῖν, ὡς καὶ ὀφθαλμία καὶ

dianarum, quartanarum et caeterarum differentias adduxiſſet, haec inſert: *hi vero ſunt iſtarum ſingularum febrium peraeque continuarum ac intermittentium modi et ſtatus et acceſſiones. Primum enim continua quibusdam interdum incipiens floret ac viget maxime atque ſaevius ingraveſcit; circa judicium vero ac ſtatim in judicio imminuitur. Nonnullis vero interdum leniter et latenter incipit, ſed increſcit ſingulisque diebus exacerbatur, ſub judicium vero in ipſoque judicio ſatis emicat. Nonnullis denique blande incipiens increſcit et exacerbatur et quadantenus vigorem adepta rurſus ad judicium uſque et ſub judicium ſe remittit. Atque haec fieri in omni febre omnique morbo contingit.* Eſto, haec quidem verba innuit *Hippocrates* de continuis febribus ob certam notitiam; illae vero praedictae temporum motiones non ſolum in omni febre, ſed etiam in omni morbo contingunt. Quare neque ab Eraſiſtrato, neque a recentiorum aliquo diſcendum hoc nobis eſt et oculorum inflammationem et

ὠταλγία περιοδίζουσιν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ εὑρόντος ἅμα καὶ τελειώσαντος τὴν ἰατρικήν. ξυμπίπτει γὰρ ταῦτα, φησὶ, γίγνεσθαι ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ καὶ ἐπὶ παντὸς νουσήματος. συνεμφερομένου καὶ τοῦ πᾶν νόσημα τοὺς τέσσαρας ἔχειν καιροὺς ἀνήγαγε τὸν λόγον ἐπὶ τὴν χρείαν εἰπών. δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκοπεύμενον ἐκ τουτέων προσφέρειν. ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνον ἐκ τούτων τὰ διαιτήματα λαμβάνει, διὰ τοῦτο προσέθηκε. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοισίν ἐστιν ἠδελφισμένα, περὶ ὧν τὰ μέν που γέγραπται, τὰ δὲ γεγράψεται· πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον δοκιμάζειν καὶ σκοπεῖσθαι τίνι τουτέων ὀξὺ καὶ θανατῶδες ἢ περιεστικὸν καὶ τίνι προσακτέον ἢ οὔ, καὶ πότε καὶ πόσον καὶ τί τὸ προσφερόμενον ἔσται. καὶ τίς ὁ φιλοσυντομωτέρῳ λόγῳ τοὺς τῶν βοηθημάτων σκοποὺς παραδῷ ἢ αὐτὸς Ἱπποκράτης, ὅτε φησὶ δοκιμαστέον τὸ τί καὶ τὸ πόσον καὶ τὸ πότε. καὶ γὰρ ἡ τάξις ἐν τούτῳ καὶ ὁ καιρός. ὁ γοῦν πρότερον τρέφων, εἶτ᾽ ἀποθεραπεύων ἐν τῷ πότε διαμαρτάνει, ὅ τι γὰρ

aurium dolorem ſuos habere circuitus, ſed ab eo qui medicinam invenit et abſolvit. *Contingit enim haec fieri*, inquit, *in omni febre et omni morbo.* Quum autem inferret omnem etiam morbum quatuor habere tempora, rationem ad uſum reduxit his verbis: *ductis autem inde ſcopis cibus offerendus eſt.* Quia vero non ex his ſolum victus inſtituendi rationem ſumit, propterea addidit: *multa vero et alia praecipua ſigna ſunt his germana, de quibus partim aliquando ſcriptum eſt partim ſcribetur; ad quod ratiocinanti perpendendum et conſiderandum eſt cui horum acutus ac letalis ſit morbus aut impendeat et cui adhibendus nec ne et quando et quantus et quinam cibus ſit offerendus.* Et quis breviori oratione remediorum ſcopos tradidiſſet quam ipſe Hippocrates qui perpendendum eſſe ait: *quid, quantum et quando.* In hoc enim ordo ac opportunum tempus conſiſtit. Qui ergo prius dat alimentum, deinde blandam exercitationem imperat, is in quando aberrat, nam quod praeſens occaſio poſtulat, ad non ex-

ὁ παρὼν ἀπαιτεῖ καιρὸς οὐ προσφέρει· ὅ τι μὴ δεῖται, τοῦτο παραλαμβάνει. μεταθέντι δ' αὖ τὸν καιρὸν τὰ τῆς τάξεως μὴ εὖ στοχάζεται. ἀλλὰ περὶ τούτων ἐν ἄλλοις τά.

Κεφ. γ'. Νῦν δὲ περὶ τῶν καιρῶν διαληψόμεθα διδάσκοντες ὡς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους τὸν τύπον ἐκπεριοδεῦσαι πάντα, πρώτας τὰς ἐκ περὶ τῶν νούσων παραθησόμεθα λέξεις, ἐν αἷς προμηνύσας ὡς ἀναγκαῖον [186] ἐπίστασθαι τί καιρὸς καὶ τί ἀκαιρία, τότ' ἐπιζεύγνυσι ταῦτα. καιροὶ δὲ, τὸ μὲν καθάπαξ εἰπεῖν, εἰσιν ἐν τῇ τέχνῃ πολλοὶ καὶ παντοῖοι, ὥσπερ καὶ τὰ νουσήματα καὶ τὰ παθήματα καὶ τούτων αἱ θεραπεῖαι. ὀξύτατοι μέν εἰσιν ὅσοις ἢ ἐκψύχουσι δεῖ τι ὠφελῆσαι ἢ οὐρῆσαι ἢ ἀποπατῆσαι μὴ δυναμένοισιν ἢ ἀποπνιγομένοισιν ἢ γυναῖκα τίκτουσαν ἢ τιτρωσκομένην ἀπαλλάξαι καὶ ὅσα τοιαῦτά ἐστι. καὶ οὗτοι μὲν οἱ καιροὶ ὀξέες καὶ οὐκ ἀρκέει ὀλίγῳ ὕστερον· ἀπόλλυνται γὰρ οἱ πουλλοὶ ὀλίγῳ ὕστερον. ὁ μέντοι καιρός ἐστιν ἐπὴν πάθῃ τι τούτων ὁ ἄνθρωπος, ὅ τι ἦν τις πρὸ τοῦ

hibet; quo non indiget, id aſſumit. Verum qui ipſam occaſionem poſtpoſuerit, ipſi conjecturae non feliciter ſuccedunt quae ſunt ordinis. Sed de his quidem alias.

Cap. III. Nunc autem de temporibus diſſeremus, ubi docuerimus quemadmodum a principio ad uſque finem typus omnis in orbem devenerit, primos ex *libro* de morbis apponemus textus, quibus quum praenunciaſſet neceſſarium eſſe ſcire quid ſit opportunum tempus quidque intempeſtivitas tum haec connectit. *At opportuna tempora, ut ſemel dicam, in arte multa ac varia ſunt, quemadmodum et morbi et affectus et eorum curationes. Celerrima vero ſunt, quibus aut animo deficientibus opitulandum eſt, aut urinam reddere vel ſtercus dejicere nequeuntibus aut ſuffocantibus aut ſi mulierem parturientem vel abortientem liberare deceat et quaecunque ſunt ejusmodi. Atque haec quidem acuta neque paulo poſt conferunt; nam plerique paulo poſterius intereunt. Occaſio igitur eſt, ſi quis ho-*

τὴν ψυχὴν μεθιέναι ὠφεληθῇ, τοῦτο ἐπὰν ἐν καιρῷ λάβῃ, ὠφελεῖται, τοῦτο δὲ πράττων ὠφελείας ἐπίσταται τὸν καιρόν. πᾶν γὰρ ὅ τι ἂν τις ἐν καιρῷ παραλάβῃ τοῦτο ὅσον ἐπὶ τὸ νῦν παραληφθῆναι ὤφέλησεν. εἰπὼν δὲ περὶ τῶν ὀξυτάτων καὶ τῶν ἀνυπερθέτως ἀπαιτούντων τὴν βοήθειαν, ἑξῆς καὶ περὶ τὸν ἀναβεβλημένων διδάσκει καιρόν. ἕτερα δὲ νουσήματά ἐστιν οἷσι καιρός ἐστι θεραπεύεσθαι τὸ πρωῒ τῆς ἡμέρης, διαφέρει δὲ οὐδὲν ἢ πάνυ πρωῒ ἢ ὀλίγῳ ὕστερον· ἕτερα δὲ νουσήματά ἐστιν, οἷσι καιρὸς θεραπευθῆναι ἅπαξ τῆς ἡμέρης καὶ ὁπηνίκα γε οὐδὲν διαφέρει. ἕτερα δὲ διὰ τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρης, καὶ ἕτερα ἅπαξ τοῦ μηνὸς καὶ ἕτερά γε διὰ τριῶν μηνῶν καὶ τοῦ τρίτου ἱσταμένου ἢ φθίνοντος οὐδὲν διαφέρει ἢ τῆς νέας ἢ φθινούσης σελήνης μεταύριον. τοιοῦτοι δὲ οἱ καιροί εἰσιν, ἐν οἷσι καὶ ἀκριβείην οὐκ ἔχουσιν ἄλλην ἢ ταύτην. ἤρξατο μὲν ἀπὸ τῆς στιγμιαίας τῶν καιρῶν ὑποστάσεως· εἶθ᾽ οὕτω παρῆλθεν

mini in hujusmodi affectuum aliquem incidenti, priusquam animam efflaverit, opportune opituletur; id auxilium quum opportuno tempore ceperit, juvatur. Qui vero hoc facit, is certe opitulationis opportunitatem fcit. Quidquid enim aliquis opportuno tempore affumpferit, quod eo inftanti tempore affumptum eft, *is propterea* opem tulit. Quum autem de acutiffimis temporum opportunitatibus et prompta auxilia poftulantibus dixiffet, deinceps et de protracto tempore praecepta tradit. *Alii autem morbi funt qui opportune matutino diei tempore curantur, nihilque refert an fummo mane an paulo pofterius. Alii vero funt morbi quibus opportunum medendi tempus eft femel die, fed quando nihil quidem refert. Quidam etiam tertio quoque die aut quarto, quidam etiam femel menfe et alii quidem tertio quoque menfe, neque refert an tertio ineunte aut definente id fiat vel perendino novae aut decrefcentis lunae die. Atque haec funt opportuna tempora in quibus neque aliam quam hanc accuratam diligentiam fortiuntur.* Incepit fane ab hypoftafi *feu ftatu* quae in temporis pun-

Ed. Chart. XI. [186.]
ἐπὶ τὰς ὥρας· καὶ ἀπὸ τῶν ὡρῶν ἐπὶ τὰς ἡμέρας· ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς μῆνας τοὺς κατ' αὔξησιν ἢ μείωσιν τῆς σελήνης ἀριθμουμένους. ὅπερ δοκεῖ τισιν ἴσως παράδοξον εἶναι, δείξω μέγα τι πρὸς τῶν νοσημάτων ἀνασκευὴν δυνάμενον καὶ μάλιστα τῶν χρονίων, ἐν οἷς ἐπιτέτραπται τῷ τεχνίτῃ τοὺς προσήκοντας ἀναμένειν καιρούς· ἔστι δὲ τοῦτο συμπάσχειν καὶ συμμεταβάλλειν τοῖς οὐρανίοις τὰ ἐπίγεια. σύμπνοια γὰρ μία καὶ ξύῤῥοια μία οὐ μόνον ἐν τοῖς ἡμετέροις σώμασιν, ἀλλὰ κἂν τοῖς ὅλοις. ἀντιλαμβάνεται γοῦν τῆς ἐν τῷ περιέχοντι ἀέρι μεταβολῆς τά τε φυτὰ καὶ τὰ ζῶα καὶ πλεῖον περὶ τὸν τῆς σελήνης μετασχηματισμὸν, ἐγγυτέρω γὰρ τῆς γῆς τὸ ἀπ' αὐτῆς θερμὸν, ὅθεν καὶ σάρκες ἐνίων ζώων καὶ τὰ σπλάγχνα συναύξονται καὶ καθόλου τὰ μὲν μέρη φθίνει, τὰ δὲ τήκεται. συνεπισημαίνει δὲ καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα καὶ πολὺ πλεῖον ἐν νόσοις· ἱκανὴ γὰρ ἡ τῆς ὑγείας ἰσχὺς συγκρύπτειν τὰ τοιαῦτα νοσήματα. νόσοι δὲ αἱ μὲν κατὰ ἀφαίρεσιν φθίνοντος τοῦ μηνὸς συνε-

cto consistit; atque ita ad horas prodiit; ab horis ad dies, et a diebus ad menses, ipsos quidem lunae incremento aut decremento numeratos. Quod fortassis quibusdam paradoxum esse videtur, id ego magnam vim habere proditurus sum ad morborum destructionem praecipueque diuturnorum, in quibus artifici permissum est idonea tempora exspectare; id autem est caelestibus terrestria compati simulque commutari: *conspiratio namque una est et confluxio una* non solum nostris in corporibus, verum etiam in universis. Plantae namque et animantes mutationis quae in ambiente aëre movetur fiunt participes multoque magis in lunae transfigurationibus; ejus enim calor terrae vicinior est, unde nonnullorum animalium tum carnes tum viscera una cum luna crescunt aliaeque universae partes tabescunt, aliae colliquantur. Indicia vero sunt humana corpora multoque magis in morbis; sanitatis enim robur tales morbos occultare potest. Morbi siquidem ob detractionem *oborti* decrescente *luna* ad deterius

πισημαίνουσι πρὸς τὸ χεῖρον· αἱ δὲ κατὰ περιουσίαν δὲ καὶ πλημμυρίδα αὐξανομένου πιέζουσι τὰ μάλιστα. καλὸν οὖν ἐπίστασθαι τὸν τεχνίτην ὡς οὐ μόνον ἐν ταῖς ὠκεανείοις θαλάτταις ἀναχώρησίς τε καὶ ἔφοδος γίνεται τῶν ὑδάτων παρὰ τοὺς ποιοὺς τῆς σελήνης μετασχηματισμούς· ἀλλὰ κἀν τοῖς ἡμετέροις σώμασίν ἐστί τις ἄμπωτις ὑγρῶν, ἐφ᾽ ὧν δύναται αὐξανομένου τοῦ μηνὸς τὰ πληρωτικὰ μᾶλλον τῶν βοηθημάτων παραλαμβάνειν, φθίνοντος δὲ ἀφαιρέσει χρῆσθαι. τὰ ἐναντία τῷ ὅλῳ μαχόμενα οὐ μόνον τῶν νοσεόντων τινὰς κρατεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰατρούς. οὕτω γὰρ τῇ τέχνῃ συνεργάζεται καὶ τὸ θεῖον· διὸ δὴ καὶ τὰ τοῖς εἰρημένοις ἀκόλουθον ἀναφέρει τὸν λόγον καὶ μέχρι τῆς τῶν ὡρῶν περιτροπῆς ὅτε φησίν· ἀκαιρίη δέ ἐστι τὰ τοιάδε. ὅσα μὲν τῶν παθῶν πρωῒ δεῖ θεραπεύεσθαι, ἢν μεσημβρίῃ θεραπευόμενα ἀκαίρως θεράπεύεται· ἀκαίρως δὲ ταύτῃ, ἐπεὶ ῥοπὴν ἴσχει ἐς τὸ κάκιον διὰ τὴν μὴ ἐν καιρῷ θεραπείην. ὅσα δὲ ἐς τάχα ἤν τε [187] μεσημβρίης, ἤν τε ὀψὲ, ἤν τε τῆς νυκτὸς θεραπεύηται, ἀκαίρως θεραπεύεται. καὶ ἢν τοῦ

ſigna dant; ex redundantia vero et affluentia creſcente luna premunt maxime. Quare praeclarum eſt artificem ſcire non ſolum in oceano mari receſſum et acceſſum aquarum fieri circa hujuscemodi lunae transfigurationes; verum etiam noſtris corporibus quandam ineſſe humorum reciprocationem, in quibus creſcente luna decet quae repleant auxilia magis aſſumere, decreſcente vero detractatione uti. Contraria namque toto *genere* pugnantia non aegrotantes dumtaxat, verum etiam medicum evincunt. Sic enim arti in opere divinum numen auxiliatur. Quapropter etiam orationem praedictorum comitem infert etiam ad horarum uſque circumverſionem, quum inquit: *intempeſtivitas autem eſt hujusmodi, quicunque affectus mane curandi ſunt ſi meridie curentur, intempeſtive curantur; intempeſtiva enim haec ſunt, quod in deterius impetum habeant propter curationem non in tempore adhibitam. Quicunque vero celeriter ſive meridie ſive veſperi ſive noctu curentur, intempeſtive curantur; quod ſi vere curari opor-*

Ed. Chart. XI. [187.]
ἦρος δέοι θεραπευθῆναι, θεραπεύοιτο δὲ χειμῶνος· ἢ τοῦ μὲν χειμῶνος δέοι, τοῦ θέρεος δὲ θεραπεύηται· ἢ ὅ τι ἤδη δεῖ θεραπεύεσθαι, τοῦτο δὲ ἀναβάλληται· ἢ ὅ τι ἀναβάλλεσθαι δεῖ, τοῦτ' ἤδη θεραπεύηται. τὰ τοιαῦτα ἀκαίρως θεραπεύεται. καὶ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ τοῦ λόγου τοῦ μέλλοντος εἰρήσθω.

Κεφ. δ'. Βούλομαι δὲ ἤδη καιριώτερα γράφειν. ἔστι δὲ ταῦτα. τινὰς διττοὺς ἐπίσταται καιροὺς Ἱπποκράτης, τοὺς μὲν τῶν ὅλων νοσημάτων, τοὺς δὲ τῶν ἐπὶ μέρους παροξυσμῶν. λέγει οὖν ἐν ἐπιδημίοις ὡς ἀναγκαῖόν τε θεωρεῖσθαι καὶ τῆς ὅλης νόσου ἡ ἐπίδοσις καὶ χάλασις ἀκμῆς· πρὸς ἑκατέρους δ' ἀπὸ τῶν βλεπόντων τοὺς καιροὺς ἀεὶ προσφέρειν τὰ βοηθήματα· καὶ τοῦτο ῥᾴδιον μὲν ἐπὶ πάντων διδάξαι· δειχθήσεται δ' ἐπὶ τῆς τροφῆς. τροφὴ γὰρ τὸ κάλλιστον ἐν διαίτῃ βοήθημα· μόνον γοῦν τοῖς λοιποῖς συγκρινόμενον ἰσοσθενεῖ καὶ καθέλκει τὰ πάντα. τούτου μάρτυς ὢν διαίτας καλέσας τὰς τροφὰς, τῇ γὰρ τοῦ παν-

teat hieme curentur; aut ſi hieme deceat, aeſtate curentur; aut ſi quod jam curari oporteat id ipſum differatur; aut ſi quod differri oporteat hoc jam curetur pathema; haec omnia intempeſtivam curationem ſubeunt. Et haec quidem obiter ac tanquam praeter ſermonis tradendi propoſitum dicta ſint.

Cap. IV. Jam vero fert animus opportuniora ſcriptis prodere. Sunt autem haec. Certa duo morborum tempora tradit Hippocrates, alterum univerſale totius morbi, alterum particulare cujusque paroxyſmi. Dicit ergo in epidemiis neceſſarium eſſe ut totius morbi incrementum et vigoris remiſſionem conſideremus et ad utraque tempora reſpiciendo ſemper auxilia adhibeamus; atque hoc facile in omnibus doceri poteſt; at in alimento demonſtrabitur. Alimentum enim optimum eſt in victus ratione praeſidium; id namque ceteris comparatum aeque pollet ac omnia complectitur. Hujus rei teſtis eſt *Hippocrates*

Ed. Chart. XI. [186.]
τὸς προσηγορίᾳ τὸ μέρος ἐκόσμησεν. ἔστι δὲ πᾶς οὗτος ὁ λόγος ἐναντιώτατος μὲν τοῖς νεωτέροις, ἀκόλουθος δὲ τῆς ἰατρικῆς. ἀξιοῖ γὰρ Ἱπποκράτης ἀπὸ τῶν προτέρων ἑκάστου νοσήματος ἡμερῶν ἐπίστασθαι τὸν ἰατρὸν τί μὲν ταχέως, τί δὲ βραδέως ἀκμάσει· καὶ τοῦτο προκαταμαθόντα προσεπισκοπεῖν τοῦ κάμνοντος δύναμιν καὶ ὥσπερ ἐν ζυγῷ τινι τῆς ἑαυτοῦ διανοίας περὶ ἑκατέρων σταθμίσεσθαι, πότερον ἀγόμενος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς λεπτῶς ἐξαρκέσει ὁ κάμνων· ὥστε καὶ μετὰ τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον μέχρι τῆς ἀκμῆς ἀεὶ λεπτῶς διαιτηθῇ· ὅταν γὰρ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι, ἢ προσαπαυδήσει καὶ οὐχ ὑπομενεῖ λεπτῶς ἀρχῆθεν ἀγόμενος καὶ κατὰ τὴν ἀκμήν. εἰ δὲ μέλλει προκαταλύεσθαι πρὸ τῆς ἀκμῆς, περὶ δὲ τὰς πρώτας ἡμέρας ἀναλαμβάνειν τὴν δύναμιν, ἵν᾽ ἰσχύσῃ παρούσης τῆς ἀκμῆς λεπτῶς διαιτᾶσθαι. οὐ γὰρ ἐπὶ πάντων εἴρηται τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἠπιωτέρως διαιτᾷν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν μελλόντων καταλύεσθαι περὶ τὴν ἀκμήν. μαν-

qui alimenta diaetas appellavit; totius enim appellatione partem exornavit. Verum tota haec oratio recentioribus quidem medicis maxime contraria eſt, medicinae tamen conſentanea. Vult enim Hippocrates medicum a prioribus cujusque morbi diebus ſcire quis morbus celeriter et quis tarde ad ſtatum perventurus ſit; quumque hoc praeſciverit, laborantis etiam vires conſideret ac tanquam in quadam ſuae ipſius cogitationis trutina duo perpendat, num aegre per initia tenui uſus victu ad uſque vigorem ſuffecerit, ita ut poſt principii tempus ad uſque ſtatum tenui victu ſemper cibetur: *quum enim in ſtatu viget morbus, tum et tenuiſſimo victu utendum eſt*, an vero prius deſecerit nec tenui victu ab initio etiam ad uſque vigorem ductus ſuſtinuerit. Nam ſi futurum eſt aegrum viribus ante vigorem exolui, primis certe diebus vires inſtaurandae ſunt quo poſſit aeger vigoris acceſſu tenuiter cibari. Id autem de omnibus dictum non eſt, *in principio plenius cibandum eſt*, ſed de iis in quibus futurum eſt ut vires circa

θάνωμεν δὲ καὶ τὸν λόγον τοῦ δόγματος· οὕτω γὰρ μᾶλλον αὐτοῦ τεθαῤῥηκότως χρησόμεθα πρὸς τὰ ἔργα. ἡ φύσις σώζουσα τὴν ἀρχέγονον καὶ τὴν πρώτην ἑαυτοῦ εὐκρασίαν, ὀρέγεται εὐκαίρως τῶν προσφερομένων, διοικεῖ δὲ καλῶς τὰ ληφθέντα καὶ διαδίδωσιν εἰς ὅλον τὸ σῶμα, τάς τε προσθέσεις καὶ τὰς ἀφαιρέσεις ποιεῖται συμμέτρους. ὅταν δ' ἐπιπεσόντα τὰ νοσήματα στάσιν τινὰ καὶ ἀναρχίαν ἐργάσηται, ἐφ' ὅσον ἂν ἰσχύσῃ τὰ πάθη, ἐπὶ τοσοῦτον ἡ φύσις καταπονεῖται. περὶ μὲν οὖν τὰς τῶν νοσημάτων ἀρχὰς βραχεῖά τις ἡ τοῦ κατὰ φύσιν ἐκτροπὴ, πολὺ δὲ τὸ τῆς φύσεως σθένος· περὶ δὲ ἀκμὰς ἡ τοῦ παρὰ φύσιν ἰσχὺς μεγάλη πολὺ τῆς φύσεως ἀσθενές. διόπερ εἰ μέλλει τις ἐξ ἀρχῆς λεπτῶς ἀγόμενος περὶ τὴν ἀκμὴν ὁλοσχερεστέρας ἀπαιτεῖ τροφὰς προαναλωθείσης τῆς δυνάμεως τοῦτον ἀξιοῖ στηρίξαι κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἵνα τῆς ἀκμῆς παραγενομένης λεπτῶς διαιτᾷν. καὶ γὰρ εὔλογον ἐν τῷ χαλεπω- [188] τάτῳ τῆς νόσου καιρῷ καὶ ἐν ᾧ μάλιστα ἡ φύσις μάχεσθαι

morbi vigorem diſſolvantur. Verum et hujus documenti rationem diſcamus; ita namque ipſo audacius ad artis opera utemur. Natura primigenium ac primarium ſui ipſius temperamentum ſervans opportune cibos aſſumendos appetit eosque aſſumptos probe concoquit atque in univerſum corpus diſtribuit appoſitionesque et detractiones commoderatas efficit. Quum autem morbi inciderint ac ſeditionem et principatus diſſolutionem effecerint, quantum affectiones invaluerint tantum etiam natura laborat. Atque circa morborum quidem principia exigua eſt naturalis ſtatus everſio, ſed magnum naturae robur; circa vigores magna eſt ſtatus praeter naturam vis, multa vero naturae infirmitas. Quare ſi quis a morbi principio tenui victu deductus circa vigorem pleniorem victum viribus jam exhauſtis poſtulaturus ſit, hunc in principio roborare conſulit, ut quum vigor affuerit tenuiter cibetur. Etenim rationi conſentaneum eſt in perarduo morbi tempore et in quo potiſſimum natura pugnare creditur, paucus ſit ci-

Ed. Chart. XI. [188.]

πεπίστευται ὀλίγον σιτίον εἶναι καὶ λεπτότατα τρέφειν προσφερόμενον, μήτε σπαράξαι κατὰ τὴν ἀνάδοσιν μήτε πολλὴν ποιήσασθαι τὴν πρόσθεσιν· ἀλλ᾽ ἐμβροχαῖς μὲν παραπλησίως παραμυθήσεσθαι, διαπορεύεσθαι δ᾽ ὅλον τὸ σῶμα μήτε πόνου μήτε χρόνου πρὸς τὴν οἰκονομίαν δεηθέν. οὐ γὰρ ἐν μὲν τῇ τῶν μερικῶν παροξυσμῶν ἀκμῇ φυλάσσεσθαι χρὴ τὰς τῆς τροφῆς παρενθέσεις, ἐν δὲ ταῖς τῶν ὅλων νοσημάτων ἀκμαῖς ὁλοσχερεστέρας διδόναι τροφάς. παράκειται γάρ, φησὶ, παρακμή. ἐγὼ δ᾽ οὐ ζητῶ τί τὸ μέλλον, ἀλλὰ τί τὸ παρὸν, οὐ γὰρ ἀκμὴ διδάσκει τὸ φιλανθρωπότερον, ἀλλὰ παρακμή. τοῦ νοσήματος ἰσχὺς τοσοῦτόν ἐστιν ἀνυπέρθετος ὡς μὴ αὐτὴ συλλαμβάνεσθαι δύνηται. ἢ πολλάκις τὸ μέγεθος οὐκ ἴσμεν κἂν δύναμις ἀκμάσαι; ταῦτα γάρ ποτε τὰ πλεῖστα. ὅτι δ᾽ οὐ πάντας περὶ τὴν ἀρχὴν βούλεται τρέφειν ἠπιώτερον, ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας περὶ τὴν ἀκμὴν καταλύεσθαι, δῆλον ἐκ τῶν ἐπιφερομένων. τί γάρ φησι; οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιεῖσθαι οὔτ᾽ ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν

bus quique oblatus tenuiſſime nutriat, qui neque in diſtributione proritet neque copioſam appoſitionem efficiat, ſed irrigationum inſtar ſoletur univerſumque corpus permeet neque labore neque tempore ad diſtributionem indigeat. Non enim ut in particularium quidem paroxyſmorum vigore cavendae ſunt alimentorum oblationes; ſic et in univerſalium morborum vigoribus plenius alimenta exhibenda ſunt. Sed adjacet, inquit, declinatio. Ego vero quid ſit quod futurum eſt non quaero, ſed quid ſit quod praeſens eſt; non enim quod humanius docet vigor, ſed declinatio. Morbi vis adeo cita eſt ut comprehendi nequeat. Nonne ſaepius magnitudinem ignoramus etiamſi vires viguerint? Haec certe plurimum eveniunt. Quod autem non omnes circa principium velit pinguius nutrire, ſed quibus futurum eſt ut circa vigorem vires diſſolvantur, patet ex iis quae inferuntur. Quid enim ait? *Neque ſane praeter tempus licet neque vehementiſſimas vaſorum vacuationes efficere neque vigentibus morbis neque in inflammatione*

Ed. Chart. XI. [188.]
φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. καὶ πάλιν· τοῦτ' οὖν ἡγοῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος ἢ τοίου ἢ τοίου τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασιν ἢ τοίοις ἢ τοίοις χρέεσθαι. προειληφέναι δὲ τοῦτο διότι περὶ τῶν ὀξέων ὁ λόγος ἐστί. καὶ μετ' ὀλίγον παρίστησιν ὡς οὐκ ἐφ' ὅλοις, ἀλλ' ἐπί τινων ἐκτάσσειν τὴν τοιαύτην ἀγωγὴν λέγων. πάντ' οὖν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας· ἀλλ' ἐν ᾗσί τε νούσοισιν οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι κενεαγγέουσιν· ἐν ᾗσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης εἰς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπαρτί. ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖσι τοιούτοισι καιροῖσι μεταβάλλουσιν ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης, ἐν οἷς πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἣν οὕτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν ἀκμὴν, ἐν ᾧ ἀναγκαζόμενοι διὰ τὴν τῆς δυνάμεως κατάλυσιν ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἐπὶ τὰ ὁλοσχερέστερα διαιτήματα παραγίνονται,

consistentibus cibos offerre. Atque rursum: *hoc igitur maximum documentum esse censeo, quod primi dies morbi hac vel illa sorbitione non sint privandi in iis qui paulo post his aut illis sorbitionibus usuri sunt.* Hoc autem praesumpsisse decebat, quod de acutis sermo sit. Et paulo post ostendit se non in omnibus sed in quibusdam talem victum instituere his verbis: *haec igitur omnia magna sunt testimonia quod aegrotos ad victum non recte ducant medici; imo et in quibus morbis eorum vasa vacuare non oportet qui sorbitionibus alendi sunt, evacuant; et in quibus ex vasorum vacuatione ad sorbitiones mutatio facienda non sit, in iis mutationem faciunt ac plerumque absolute. Interdum autem his in temporibus ex vasorum vacuatione ad sorbitiones mutationem faciunt, in quibus saepe numero expedit a sorbitionibus ad vasorum vacuationem accedere, si ita morbum exacerbari contigerit.* Hoc autem est vigoris tempus in quo ob virium dissolutionem coacti a tenuioribus ad pleniora cibaria accedunt, quum tamen cor-

Ed. Chart. XI. [188.]

ἤδη τῶν σωμάτων ὑπὸ τῆς φλεγμονῆς κατεχομένων. οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν, οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νουσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. μηδὲ προσήκει, φησὶ, εἰς τὰς ἀσυμμέτρους ἀναστάσεις ἀνεῖσθαι μήτε παρακαίρως διαιτᾷν. ἐπὶ πολλῶν δ᾽ ἀκαιρότατά ἐστι ἡ μέχρι τρίτης ἀνάβασις. βλαβερὰ δὲ καὶ ἡ παρὰ μίαν ἡμέραν τῆς τροφῆς προσφορά. πρὸς γὰρ τοὺς οὕτω διαιτῶντας ἀποβλέπων ταῦτα πάντα γράφει. ἐν ἀρχαῖς γὰρ πάνυ ἁμάρτημα ἡ διατρίτη, καὶ ἐχρῶντο πρὸς Ἱπποκράτην αὐτόν. μάρτυς αὐτὸς Ἱπποκράτης πάλιν ἐν τῷ πρὸς Κνιδίας γνώμας εἰπών· οἶδα δὲ καὶ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ ποιέοντας. βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείονας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα καὶ τὰ ποτά. καὶ οὐ μέμφεται ὅτι τινὰς ἀνέτεινον μέχρι τῶν εἰρημένων ἡμερῶν ἀριθμῶν, ἀλλ᾽ ὅτι πάντας. καὶ γὰρ αὐτὸς ἀνατείνει καὶ

pora ab inflammatione detineantur. *Neque ſane praeter tempus neque vehementiſſimus vaſorum vacuationes moliri fas eſt neque vigentibus morbis neque in inflammatione cibos exhibere. Neque decet, inquit, incommoderatis prorogationibus indulgere neque intempeſtive nutrire.* In multis autem intempeſtivum maxime eſt aduſque tertium diem prorogare. Noxia quoque eſt quae alternis diebus ſit nutrimenti oblatio. Ad eos enim ita victum inſtituentes reſpiciens haec omnia ſcribit. In principiis namque magnus error eſt triduana inedia, qua tamen etiam Hippocratis temporibus utebantur. Teſtis eſt ipſe Hippocrates rurſus in *libro* adverſus Cnidias ſententias dicens: *at vero novi medicos his quae maxime deceant contraria moliri. Volunt enim omnes ubi in morborum principiis homines duos aut tres aut etiam plures dies inedia praemaceraverint, ita tum ſorbitiones tum potus exhibere.* Neque vero arguit quod aliquos ad praedictum uſque dierum numerum protrahant, ſed quod omnes. Quandoquidem ipſe ad

μέχρι τριῶν καὶ τεττάρων ἡμερῶν, ἀλλὰ τοὺς δεομένους. τοὺς δ' ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾷν μέχρις ἂν καταστῶσιν· ὁκόταν δὲ καταστῶσιν, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ. οὕτως γὰρ προσφέρει ῥοφήματα καὶ τὰ ποτὰ καὶ ἔτι ἐπὶ προσηκούσῃ καὶ ἀξιοῖ τὴν τρίτην καὶ τὴν τετάρτην εὐλαβεῖσθαι· αὗ- [189] ται γὰρ αἱ ἡμέραι, ὡς αὐτός φησι, μάλιστα τίκτουσι τὰς παλιγκοτήσιας καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ καὶ ὅσα ἂν ἐς πυρετοὺς εἶσι καὶ ἑτεροῤῥεπέας ποιεῖ τοὺς κάμνοντας. καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο μάθημα, εἴπερ τι καὶ ἄλλο. τίνι γὰρ οὐκ ἐπικοινωνέει τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ; οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἄλλα πολλὰ νουσήματα, εἰ μή τις φήσειε καὶ τἄλλα νουσήματα ἕλκεα εἶναι· ἔχει γάρ τινα καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν. ἴδωμεν οὖν καὶ τὰ ἑξῆς δι' ὧν συνηγορεῖ τοῖς ἀνατείνουσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας. καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισιν εἶναι μεγάλης τῆς μεταβολῆς γενομένης τῷ σώματι μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν·

tres et ad quatuor usque dies protrahit, sed protrahit quos oportet. *Instabiles enim febres donec constiterint sinere oportet; quum autem constiterint tum victu tum curatione occurrere.* Ita enim sorbitiones et potiones die consentaneo exhibet consulitque tertium et quartum diem cavendos esse; quandoquidem hi dies *recrudescentias*, ut ipse pronunciat, *potissimum pariunt, tum quae ad inflammationem ac immunditiam incitant, tum quae ad febres tendunt et quae aegrotos periclitantes faciunt; ac magni admodum momenti perinde ac quodvis aliud hoc documentum est. Nam quae sunt in arte medendi opportunissima quibus id non sit commune? Non enim ad ulcera solum, verum etiam ad alios morbos complures pertinet, nisi quis et ceteros morbos ulcera esse protulerit; habet enim quandam etiam aequitatem haec oratio.* Videamus ergo quae sequuntur, per quae patrocinatur iis qui cibandi tempus in plures dies prorogant. *Atque fortassis aliquid etiam consentaneum ipsis esse videtur magna corpori oborta muta-*

Ed. Chart. XI. [189.]

τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολὴ καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. ὀρθῶς γὰρ τῆς μεταβολῆς γενομένης τῷ σώματι τὸν ἀνατείνοντα καὶ μέχρι τρίτης ἡμέρας ἐπαίνει. ἀλλ' ὀρθῶς τεχνικῶς τοῦτο ποιεῖ ὅταν τὸ μὲν γένος καὶ τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως καὶ τὴν ὥραν καὶ χώραν καὶ ἡλικίαν καὶ τῆς προηγησαμένης διαίτης ἰδέαν σκοπεῖν ὑποβάλλῃ· καὶ αἱ δῆλαι τῆς διαίτης μεταβολῆς καὶ βεβαιόταται εἰσιν ἐνδείξεις. τῇ μεταβολῇ τηρείσθω τοῦτο τὸ μὴ παρὰ τὰς πρώτας ἡμέρας οὕτως ἀφελεῖν τὰς προσφοράς· ὅτε καὶ ὁ κάμνων λαμβάνειν ἠδύνατο καὶ ἡ φύσις διώκειν καὶ συμπέπτειν τὰ ληφθέντα, ὥστε περὶ τὴν ἀκμὴν μεταβολῇ ἐγχειρεῖν καταλυομένην ὁρῶντα τὴν δύναμιν· εἶτα μαχομένην αὐτὴν ποιεῖς ὅτι μὴ δύναται μηδὲ ῥοφήματα διώκειν ὁ κάμνων, εἴ ποτε πείσαντος αὐτοῦ καὶ πνίγοντος τροφαῖς. ἰδεῖν γοῦν ἔστι τοὺς λόγῳ μὲν μεθοδικοὺς, ἔργῳ δὲ ἀμεθόδους τῶν ἰατρῶν τὸν οἶνον τότε καὶ

tione aliquam quoque admodum magnam mutationem contra objici. Verum commutare quidem non parum bene habet; recte tamen mutatio transferenda et ex mutatione ciborum exhibitio etiamnum magis. Recte ergo cum mutatio in corpore facta eſt dilationem in tres uſque dies facientem laudat. Sed recte ex arte hoc facit quum affectionis genus et magnitudinem, anni tempeſtatem, regionem et aetatem ac praecedentis diaetae ideam conſiderare ſubjicit, quae certe ac firmiſſimae ſunt mutationis diaetae indicationes. Illud enim in mutatione obſervandum eſt non ita primis diebus alimenti exhibitiones ſubducendas eſſe, quum aeger et id aſſumere valeat et natura quod aſſumptum eſt appetat et concoquat, ut poſtea per ſtatum ubi vires prope exſolutas vides mutationem aggrediaris pugnareque adhuc magis facultatem cogas quo tempore ſorbitiones quidem confici ab aegrotante nequeunt, ſi quando illi ſuaſeris eumque alimentis ſuffocaveris. Videre namque licet verbo quidem methodicos, ſed re aut opere a methodo

τὰ κρέα διδόντας καὶ ὥσπερ εἰς ἄψυχον ἄγγος ἐκχέοντας τὰς τροφάς. τῷ μὲν οὖν καλῶς κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀνατείνοντι μένει καὶ κατὰ τὴν ἀκμὴν ἡ δύναμις ἑστῶσα· τῷ δὲ παρὰ τὸ δέον ταῖς ἀνατάσεσι χρησαμένῳ περὶ τὴν ἀρχὴν κατάγνυται τὰ μὲν ὑπὸ τῆς νόσου, τὰ δ' ὑπὸ τῆς ἀτεχνίας βιασθεῖσα. ἐμέμψατο καὶ ἐν ἄλλοις τοὺς τοιούτους τῶν ἰατρῶν εἰπών· τί γὰρ ἂν ἦν κακὸν, ἢν τὰ ἐπιχείρια τῆς ἀμαθείας ἐκομίζοντο οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες; νῦν δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐοῖσι τῶν καμνόντων ὁκόσοισιν οὐχ ἱκανὴ ἐφαίνετο ἐοῦσα τοῦ νοσέειν βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι ἡ τοῦ ἰητροῦ ἀπειρίη. χρὴ οὖν οὕτως ἀεὶ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ταῖς ἀνατάσεσι χρῆσθαι, ὡς μὴ μὲν νοεῖν περὶ τὰς ἀκμὰς εἶναι ἐπιεικεστάτας νόσους, κἂν μετὰ τὰς ἀνατάσεις προσφοραῖς καὶ μάλιστα ταῖς πολυημέροις χρῆται. ἐμάθομεν δὲ κἀκ τῶν ἐπιφερομένων· καὶ γὰρ συνῆψε τὸν λόγον. τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολὴ καὶ ἔκ γε τῆς

alienos medicos vinum et carnes dare ac tanquam in vas inanimum alimenta infundere. At qui recte in principiis protrahit ipsi quidem in vigore etiam vires constantes perseverant; qui vero non idoneis prorogationibus usus fuerit, ei circa principia etiam vires debilitantur partim quidem morbi, partim vero imperitiae artificis violentia. Ejusmodi quoque medicos aliis in locis hisce verbis loquutus arguerat: *quid enim mali contingeret si manuariam intercedem ii auferrent qui artis opera male administrant? At nunc citra causam aegrotis non satis esse vis morbi visa est, nisi etiam medici accederet imperitia.* Itaque per morborum initia semper ita *alimenti* dilationibus uti oportet, ut ne quidem cogitandum sit circa vigores morbos fore mitiores, etiamsi post dilationes easque maxime quae plurium dierum sunt cibus exhibeatur. Didicimus autem et ex iis quae intulit; rationem enim connexuit. *Verum commutare quidem non parum bene habet, recte tamen mutatio transferenda et ex mutatione ciborum ex-*

Ed. Chart. XI. [189. 190.]

μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. ἀπὸ κοινοῦ τοῦ λογισμοῦ ὀρθῶς τῆς μεταβολῆς γινομένης καὶ τὸ βεβαίως ὠφέλημα γίγνεσθαι χρή. κακὸν μὲν γὰρ τὸ ἐν ὁποτέρῳ διαμαρτάνειν, κάκιον δὲ ἐν τῇ προσθέσει. ἀκούωμεν τὰ ἀπὸ τοῦ λέγοντος καθ' ἑξῆς. προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νουσήματος ἑκάστου καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν. πολλῷ δὲ ἧττον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον, ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων μέχρις ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. οὐ γὰρ ἐνταῦθα σκεπτέον τὴν δύναμιν, εἰ οἵα τε φέρειν φλεβοτομίαν ἢ λάπαξιν ἢ ἄλλο τι [190] ἰσχυρὸν βοήθημα παντάπασι, ἀλλὰ καὶ προσβλέπειν, εἰ ἐκ τούτων παροφθέντων ἐκ τῆς διαίτης ὑπερθέσεως εἰ ὑπομένειν ἱκανὴ καὶ βαστάζειν τῆς νόσου τὴν ἀκμήν. ὥστε μή μοι λέγε κἀγὼ βλέπω τὴν δύναμιν. οὐ γὰρ οὕτως βλέπεις ὡς ἐχρῆν. ὅπως τ' ἂν ἐπιβλέπῃς πρὸς τῷ μηδὲν λέγειν καινὸν ἀνατρέπεις καὶ αὐτοῦ

hibitio etiamnum magis. A communi ratiocinatione si recte fiat commutatio, hoc certe sequi quoque auxilium oportet. Malum sane est in alterutro peccare, pejus tamen est in additione. Audiamus et quae deinceps dicat: *ad haec autem et virium robur conjectandum est et morbi cujusque modus et hominis natura et aegrotantis in victu consuetudo non in cibis solum, verum etiam in potionibus. Multo autem minus ad ciborum additionem procedendum quandoquidem ipsos detractione omnino subducere saepenumero conducit, ubi suffecturus est aeger donec morbi vigor mitescat.* Non enim vires hic considerandae sunt an phlebotomiam aut alvi vacuationem aut quidquam aliud validum praesidium omnino ferre queant, imo an ex victus dilatione his neglectis perdurare ac morbi vigorem subire valeat. Quare mihi ne dicas et ego vires inspicio. Non enim ita inspicis ut oporteret. Quocunque autem modo eas inspicis, praeterquam quod nihil novi di-

Ed. Chart. XI. [190.]
τὰ καθολικὰ θεωρήματα. τίς οὖν ὁ τεχνικὸς λόγος; συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τὸν νοσέοντα εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

Κεφ. ε'. Ἐπιστάμενος δ' ὡς οὐ τοῦ τυχόντος ἰατροῦ ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς τῶν νοσημάτων εἰδέναι τίνα μὲν ταχέως, τίνα δὲ βραδέως ἀκμάζει, πολλὰς ἔδωκε τὰς εἰς τοῦτο ἀφορμὰς διὰ πάσης μὲν τῆς συντάξεως, μάλιστα καὶ διὰ τῆς δευτέρας ἐπιδημίας εἰπών· πρὸς τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων σκεπτέον εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ· δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει. γνώσῃ, φησὶ, τὴν αὐτὴν ἀκμὴν ἐγγὺς οὖσαν ἢ εἰς μακρὰν, ἐὰν καλῶς ἐπισκοπήσῃς τὴν ἐπίδοσιν. τὰ μὲν γὰρ βραδέως καὶ κατὰ μικρὸν ἐπιδιδόντα βραδεῖαν, τὰ δὲ ταχέως ἐπαναβαίνοντα ταχεῖαν διδάσκει τὴν ἀκμήν· αἱ δὲ τῶν νοσημάτων ἐπιδόσεις τῇσι περιόδοισι καὶ αἱ κρίσεις ἐντεῦθεν δῆλαι. διὰ μὲν τῆς ἐπιδόσεως γνωρίσεις τὴν ἀκμὴν, τὴν δ'

cis etiam univerſalia ipſius *Hippocratis* praecepta ſubvertis. Quae igitur artificialis ratio eſt? *Conjectandum eſt an aegrotus ex diaeta aduſque morbi vigorem perdurabit et utrum ille prius deficiet et ex diaeta non perdurabit vel morbus prius deficiet ac obtundetur.*

Cap. V. Quum autem ſciret *Hippocrates* non cujusvis eſſe medici a primo morborum inſultu noſſe qui cito et qui tarde vigorem ſubeant, multas ad hoc praecepta dedit in omni ſuorum operum conſtructione, praecipue vero in ſecundo epidemiorum dicens: *per initia morborum an ſtatim ipſi vigeant conſiderandum; patet autem ex incremento.* Deprehendes, inquit, ipſum vigorem prope aut procul eſſe, ſi probe incrementum conſideraveris. Qui namque morbi lente paulatimque increſcunt tardum; qui celeriter adſcendunt celerem vigorem denotant. *Morborum autem incrementa ex circuitibus et criſes quoque hinc manifeſtae fiunt.* Per incrementa quidem vigorem agnoſces, incrementa vero per circuitus. Aliud enim eſt ſingulis

ἐπίδοσιν διὰ τῶν περιόδων. ἄλλο γὰρ τὸ καθ' ἡμέραν ἐπισημαίνεσθαι καὶ ἄλλο τὸ παρὰ μίαν ἢ δύο. καὶ τοῦτο μόνον οὐκ ἠρκέσθη, προσέθηκε δὲ τὰ τεχνικώτερα. καὶ τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσιν σκεπτέον, εἰ πρωϊαίτερον ἢ οὔ· καὶ εἰ πλείονα χρόνον ἢ οὔ· καὶ εἰ μᾶλλον ἢ οὔ. βούλεται καὶ πρὸς τὴν ταχύνουσαν ἢ βραδύνουσαν ἀκμὴν προδιαγνῶναι, παρατηρεῖν μὲν καὶ τὰ προειρημένα, τουτέστι πότερον ἠπειγμένη ἢ σχεδὸν πρόεισιν ἡ ἐπίδοσις· καὶ πότερον ὅτε τρόπος ἐγγὺς συνεχείας ἢ μακράν. σὺν δὲ τούτοις καὶ οἱ ἐν ταῖς περιόδοις παροξυσμοὶ εἰ πρωϊαίτερον ἢ οὔ, τουτέστι εἰ ταχύτερον προλαμβάνωσιν ἢ βραδύτερον ἐπακολουθῶσι. οἱ μὲν γὰρ προληπτικοὶ τῆς ταχύτητος, οἱ δ' ἐφυστερητικοὶ τῆς βραδύτητος μᾶλλόν ἐστι σημεῖα. ἐπεὶ δ' ἐδύνατο προλαβὼν ὁ παροξυσμὸς καὶ προκαταλῆξαι, προσέθηκε, καὶ εἰ πλείονα χρόνον ἢ οὔ. ἔτι δ' ἐπιστάμενος ὡς οὐκ ἐν τῷ μήκει μόνον τῶν παροξυσμῶν καὶ τῇ βραδύτητί ἐστιν ἡ διαφορὰ, ἀλλὰ ἅμα καὶ ἐν τῇ σφοδρότητι καὶ ἀμυδρότητι· καὶ δυνατὸν ἐν ἴσῳ τῆς ἐπισημασίας διαστήματι

diebus praefultum habere et aliud alternis diebus aut duobus interjectis. Neque vero hoc tantum fatis fuit, fed et artificiofiora adjecit. *Et in acceffionibus per circuitus perpendendum eft fi celerius accedant aut non; fi diuturniori tempore aut non et num vexent magis aut non.* Vult enim ad praecelerantis aut immorantis vigoris praecognitionem praedicta obfervari, hoc eft utrum acceleratum fit incrementum an prope dimiferit; et utrum morbi modus ad continuitatem propius accedat an longius abfit a continuitate. Ad haec et acceffiones quae per circuitus fiunt, *an celerius an non*, hoc eft an celerius anticipent aut fubfequantur tardius. Quae namque anticipant celeritatem, quae fubfequuntur tarditatem magis fignificant. Verum quoniam quae anticipat acceffio prius etiam definere poteft, ob id addidit: *et fi longiori tempore an non.* Praeterea quum fciret non tantum in acceffionum longitudine ac brevitate differentiam effe, verum et in vehementia ac lenitate fierique poffe ut in aequali invafionis dimenfione

Ed. Chart. XI. [190. 191.]

χαλεπώτερόν τινα ἢ κουφότερον παροξυνθῆναι, διὰ τοῦτο προσέθηκε καὶ εἰ μᾶλλον ἢ οὔ. ὅταν ἴδῃς μεγάλην διαβαίνουσαν τὴν ἐπίδοσιν καὶ τὸν ἑξῆς παροξυσμὸν ἀεὶ τοῦ προηγησαμένου πολλῷ μὲν ἐπιμηκέστερον, πολλῷ δὲ χαλεπώτερον, γίνωσκε ὅτι αὐτίκα ἀνθεῖ. καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι καὶ ξυνεχέες καὶ ἰσχυροί. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων τὸ ἐναντίον. ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν τὰ μὲν θᾶσσον βραχύτερα, τὰ δὲ βραδύτερον μακρότερα. οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐπιδημίοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς δίδωσι τὰς ἐφόδους, δι' ὧν τήν τε ἐγγὺς οὖσαν ἀκμὴν τήν τε πόῤῥω προκαταλήψῃ. τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ γὰρ τούτων αἱ μὲν ὀξεῖαι φύσει, αἱ δὲ φύσει χρόνιαι, καὶ ὧραι τοῦ ἔτεος. ὅσαι [191] γὰρ αὐτῷ ἀνάλογοι, συλλαμβάνονται τοῖς νοσήμασιν· οὐδαμῶς μαχόμεναι ταχέως ποιήσονται καὶ τὰς ἐπιδόσεις καὶ τὰς ἀκμάς. διόπερ δεῖ καταμανθάνειν ἀκριβῶς ἀγαθὸν εἶναι, ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει ἢ ἐν τῇ νούσῳ ἐστὶ καὶ τὰς τῶν περιόδων

vehementius aut lenius aliquis exacerbetur, idcirco addidit: *et num magis aut non.* Quum videris magnum adoriri incrementum ac ſequi paroxyſmum praecedenti ſemper tum multo longiorem tum multo graviorem, ſcias vigorem ſtatim affuturum. *Etenim qui derepente intereunt, celeriores ſunt eorum criſes quod celeres ſint dolores et continui et vehementes.* Ex contrariis autem contrarium. *Fortaſſis autem et ex ceteris rebus communibus quae quidem celerius fiunt breviores ſunt, quae vero tardius longiores.* At non ſolum in epidemiis, verum etiam in aphoriſmis dat rationes, quibus praeſcire poteris vigorem prope vel procul eſſe. *Acceſſiones autem et ſtatus indicabunt morbi,* horum enim alii natura acuti, alii natura diuturni, *et anni tempeſtates.* Quaecunque enim ipſis analoga, morbis auxiliantur; quum nihil pugnent, tum incrementa tum vigores accelerant. Quocirca *accurate perdiſcendum eſt bonum id eſſe, quod in ſtatu ac morbo commune eſt,* ac cir-

Ed. Chart. XI. [191.]

πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσεις. ταῦτα κοινὰ ταῖς ἐπιδημίοις. προσθήσει δέ σοι καὶ ἄλλην τινὰ περιουσίαν δι᾽ ἧς ἐπιστήσῃ τὴν ἀκμήν. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν οἷον ἐν πλευριτικοῖσιν πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου βραχύνει· ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. πεπασμοὶ γὰρ ταχύτητα κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημαίνουσι. καὶ οὖρα καὶ ὑποχωρήματα καὶ ἱδρῶτες καὶ εὔκριτα καὶ δύσκριτα καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ. ἔχεις, φησὶ, λόγων ἀφθονίαν ἐντυγχανόμενος ταῖς συντάξεσι· καὶ οὐ μόνον ὀξεῖαν καὶ ἀναβεβλημένην ἀκμὴν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν μελλόντων προσεπιγνώσῃ. μόνον πρόλαβε καὶ πιστοῦ ὅτι τὸν ἰητρὸν ἄριστόν ἐστι τὴν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν οὐ μόνον εἰς τὴν δόξαν, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλέον εἰς θεραπείαν. ταῦτα προκαταστησάμενος οἴσει τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἔργα.

cuiusque inter ſe incrementa. Sed haec *quidem cum iis quae* in epidemiis *dicuntur* communia ſunt. *Praeterea* vero et aliam quandam rationem adjiciet qua vigorem noveris. *Sed et ex iis mox apparentibus ut in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim initio appareat brevem fore denunciat; ſi vero poſt appareat, longum. Concoctiones enim criſis celeritatem ſanitatisque ſecuritatem ſignificant. Urinae quoque et dejectiones et ſudores et judicatu faciles ac difficiles et breves et longos morbos fore quum apparuerint demonſtrant.* Habes, inquit, rationum ubertatem, ſi *noſtris* in operibus verſatus fueris; nec ſolum celerem vel tardum vigorem, verum etiam alia multa eorum quae futura ſunt praenoſces. Hoc dumtaxat prius accipe ac tuto crede: *optimum eſſe ut medicus providentiam adhibeat* non ad gloriam ſolum, ſed et multo magis ad curationis *rationem.* His prius conſtitutis ad *artis* opera orationem deducit.

Κεφ. στ'. Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾷν. οὐ γὰρ δέδοικας τὴν τῆς δυνάμεως κατάλυσιν ἐντεῦθεν τῆς ἀκμῆς ἐπιπεσούσης ὥσπερ ἐπὶ συνάγχῃ ἔτυχεν. ἐξῆν γὰρ τὸν ὅλως τῇ τοῦ πάθους ἀναστατώσει ἐπίκεισθαι μηδὲν περὶ τῆς δυνάμεως εὐλαβούμενον. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ ἐς ἐκεῖνο τὸ τῆς ἀκμῆς καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον· ἔμπροσθεν δὲ πιωτέρως διαιτᾷν ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων. ἐνθάδε γὰρ ἀμφοτέρων ἅμα καὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς δυνάμεως χρὴ στοχάζεσθαι. τὸ δὲ πιωτέρως διαιτᾷν ἐστι τῆς ἐσχάτας λεπτῆς μικρὸν ἁδροτέρως τρέφειν. ἐν δὲ τοῖς παροξυσμοῖς ὑποστέλλεσθαι χρή. διὰ ταύτης τῆς λέξεως πάνυ διδάσκει θεραπευτικὸν καὶ τεχνικὸν τὸ ἐπικειμένου βαρυτέρου παροξυσμοῦ μὴ δεῖν παρατιθέναι τροφήν. εἴτε γὰρ κατ' ἐπανάβασιν ἀεὶ γίγνοιντο σφοδρότεροι παροξυσμοὶ, καλὸν τῆς δυνάμεως προερεθισμένης ἐπὶ τὰς ἀφαιρέσεις παραγίνεσθαι· εἴτε πάλιν μὲν κουφότερον, πάλιν δὲ βραδύτερον ἐπισημαίνοιντο, πάλιν

Cap. VI. At enim, *quibus ſtatim vigor futurus eſt iis ſtatim tenuis victus exhibendus.* Non enim virium diſſolutionem metuas ubi vigor ſtatim affuturus eſt, quemadmodum in angina deprehenditur. Licet enim te totum in morbum evertendum incumbere de viribus nihil verentem. *Quibus autem poſterius vigor futurus eſt, iis ſub ipſum vigoris tempus et paulo ante illud cibus ſubſtrahendus eſt, antea vero plenius alendum quo aegrotus ſatis habuerit.* Hic autem de utrisque ſimul, affectu ſcilicet et viribus, conjectandum eſt. Plenius autem cibari eſt paulo ſolidius nutrire quam fiat in extreme tenui diaeta. *In exacerbationibus cibus ſubducendus eſt.* His verbis documentum valde curativum et ad artem maxime ſpectans tradit, hoc eſt incumbente graviori paroxyſmo nihil nutrimenti apponendum eſſe. Sive enim per incrementa ſemper fiant vehementiores paroxyſmi, pulchrum ſane eſt viribus ſuadentibus ad ciborum detractiones accedere; ſive etiamnum quidem leviores, rurſus autem graviores fiant

τεχνικὸν τὸ μὴ τρέφειν πρὸ τοῦ χαλεπωτέρου παροξυσμοῦ, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ τὴν βαρυτέραν ἐπισημασίαν. ἀλλὰ παροξῦναι φήσεις σημασίαν τὸ νόσημα δοὺς τὰς πρώτας ἡμέρας τὴν τροφήν· καὶ οὕτως ὃν ἄῤῥωστον θεραπευσόμενον ὑπεδεξάμην βλάψω. ἀλλὰ πλέον ὠφελεῖς σώσας τὴν δύναμιν· παντὶ δὲ τῷ βοηθήματι βλάβη συνέζευκται. ὃ γὰρ ὠφελεῖ καὶ βλάπτει. θρέψας οὖν ἐν ἀρχῇ τὸν μέλλοντα καταλύεσθαι περὶ τὴν ἀκμὴν ἐπ' ὀλίγον μὲν αὐξήσω τὸ νόσημα, ἐπὶ πολὺ δ' ἀναῤῥώσω τὴν δύναμιν. ὁ δεδοξασμένος τὴν οὔτε δύναμιν ἀνακτήσασθαι παροξῦναί τε τὸ νόσημα, ἄντικρυς θάνατον οἴσει. αἱ δὲ καταρχὰς ἁμαρτάδες οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραί εἰσι. φανερὸν οὖν ὡς οὐχ ἑκὼν ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐπὶ τὴν δόσιν ἔρχεται τῆς τροφῆς, ἀλλ' ὥσπερ ἐν στενοχωρίᾳ τινὶ ἀπολειφθεὶς τὸν ἐπιτηδειότατον ἐκλέγεται καιρόν. εἰ δὲ μηδὲν εὐλαβοῖ, τεχνικώτατον ἡγεῖ- [192] *ται τὸ μέχρι τρίτης καὶ τετάρτης ἡμέρας, ποτὲ δὲ πέμπτης καὶ πρὸς μακρότερον*

insultus, ex arte rursum est ante graviorem paroxysmum non nutrire, sed semper post graviorem invasionem. Imo per insultum exacerbari inquies morbum dato primis diebus alimento atque ita quem aegrum curandum suscepi laedam. At magis profueris si vires servaveris. Omni praesidio documentum conjunctum est. Quod enim juvat id etiam nocet. Si ergo eum in principio nutrivero cui futurum est vires circa vigorem dissolvi, morbum quidem aliquantulum augebo, at vires magnopere roborabo. Qui vero opinatur vires non refici, sed morbum exacerbari, is aegrotanti ex professo mortem allaturus est. *Qui autem errores per initia committuntur non his peraeque sunt immedicabiles, sed multo facilius emendantur.* Patet ergo quod non lubens in primis diebus ad alimenti exhibitionem accedat, sed tanquam in angustia quadam detentus tempus commodissimum eligat. Quod si nihil ipse de viribus vereatur artis maxime esse autumat ad tertium et ad quartum usque diem nonnunquam etiam ad quintum,

Ed. Chart. XI. [192.]
καιρὸν σιτίων χρῆσθαι ταῖς ἀνατάσεσιν, ὅταν ἡ τῆς δυνάμεως ἰσχὺς παρῇ καὶ ὁ τρόπος συναναγκάζῃ καὶ ἡ πολλή τις χυμῶν ὑπόκειται περιουσία καὶ ἀντὶ φλεβοτομίας καὶ ἄλλων κενωτικῶν μακροτέραν ἐκκρίνομεν ἀνάτασιν. τοῖς μὲν γὰρ ἐν διατρίτῃ, τοῖς δὲ πρὸ διατρίτης, τοῖς δὲ μετὰ τὴν διατρίτην καλῶς ἡ πρώτη δέδοται τροφή. καὶ καθόλου μὲν δεῖ τυγχάνειν τῆς συμμετρίας. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν ἐπὶ τὴν πολυήμερον ῥέπειν μᾶλλον ἀνάτασιν ἤπερ ἐπὶ τὴν ταχίονα τῆς τροφῆς παράθεσιν τῆς δυνάμεως μηδὲν κωλυούσης.

Κεφ. ζ'. Ἀλλά τις φήσει τῶν παραχαρασσόντων τὴν μέθοδον· κἀγὼ τῇ δυνάμει προσέχω· πρὸς ὃν ἔστιν εἰπεῖν· καὶ πῶς βλέπεις τὴν δύναμιν; μὴ γὰρ φαίνεται. ὁ γὰρ πολλάκις δοκῶν ἰσχυρός τις κατὰ τὴν πρόχειρον φαντασίαν ἀσθενής ἐστι καὶ εὐδιάλυεται. ὁ γὰρ δοκῶν ἰσχυρὸς μὴ δι' ὧν ἡ δύναμις γνωρίζεται· παραλαμβάνεις ἡλικίαν, ἐνιαυτοῦ ὥραν, χώραν καὶ τὰ παραπλήσια. μὴ γὰρ ἔξεστί σοι τῶν

etiam ad longius tempus ciborum prorogationibus uti, quum et virium robur adſit et morbi mores cogant multaque ſubſit humorum redundantia et loco phlebotomiae vel aliorum vacuantium *praeſidiorum* longiorem cibi exhibendi prorogationem eligimus. Quibusdam enim in diatrito, quibusdam ante diatriton, nonnullis poſt diatriton probe primum alimentum exhibitum eſt. Atque in univerſum quidem ſymmetriam attingere oportet. Si autem hoc fieri nequeat, ad plurium dierum dilationem magis propendendum eſt quam ad celeriorem ciborum exhibitionem, ſi vires nihil dehortentur.

Cap. VII. Verum qui methodum adulterant, eorum aliquis dicturus eſt; ego vero vires obſervo; cui reſpondere licet: et quomodo vires ſpectas? Non enim conſpicuae ſunt. Saepius enim qui primo adſpectu robuſtus conſpicitur imbecillus eſt ac viribus facile exſolvitur. Nam qui robuſtus conſpicitur non certe per ea quibus vires dignoſcitur. Aſſumis aetatem, anni tempeſtatem, regionem et

Ed. Chart. XI. [192.]

σφυγμῶν ἅψασθαι; ἀλλὰ μήδ᾽ ἂν σφυγμοῦ ἅψῃ γνωρίσεις πότερον ἐν πνεύμασιν ἡ δύναμις ἢ ἐν ὑγροῖς ἢ ἐν τοῖς στερεοῖς μέρεσιν. προσέχεις τὸν νοῦν ταῖς φυσικαῖς ἐνεργείαις, ἵνα μὲν μανθάνῃς ἐπὶ πόσον ἡ δύναμις ἐμποδίζηται. εἰ δὲ νῦν μὲν ἐπιτρέπει, ὕστερον δὲ διαλυθήσεται, δύνασαι προβλέψαι εἴ τι σκοποῖς τῆς φύσεως τὰ κράματα καὶ προγιγνώσκειν τὰς ἀκμάς. ἐὰν εἰδῇς τίνι μὲν μόνιμον, ἐν τίνι δ᾽ εὐκέρατον τὴν δύναμιν, διακρινεῖς τὸν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ἢ τὸν ἀπὸ τῆς ἄρκτου. ποσάκις δ᾽ ἀσθενὴς ἐδόκει μένειν ἡ δύναμις, διὰ δὲ τῆς ἀφαιρέσεως τοσάκις ἀναῤῥώννυται; ἄκουσον Ἱπποκράτην οὕτω διελέγχοντα τοὺς εἰκαιοτέρους τῶν ἰατρῶν· οὐδὲ γὰρ τοιουτέων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀποτελοῦνται, αἵ τε δι᾽ ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νούσου. ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα καί τοι σωτηρίην ἢ θά-

ſimilia. Nonne tibi licet pulſum tangere? At neque ſi pulſum tetigeris cognoſces, utrum in ſpiritibus aut in humoribus aut in ſolidis partibus ſint vires. Naturalibus actionibus mentem adhibes, quo ſcias a quot rebus vires prohibeantur. Si autem nunc quidem valeant, poſterius autem diſſolvantur, praevidere poteris ſi naturae temperamenta conſideraveris vigores quoque praenoſcere. Quod ſi noveris alicui firmas quidem eſſe vires, alicui vero facile mutabiles dijudicabis alterum ſeptentrionalem, alterum meridionalem eſſe. Quoties autem imbecillae vires deprehendantur an toties per alimenti detractionem roborantur? Audi Hippocratem ignaros medicos ita arguentem: *non enim video medicos talium rerum eſſe ita peritos qui ut oportet dignoſcant in morbis imbecillitates: et quae ob vaſorum vacuationem et quae ob aliud quoddam irritamentum et quae ob dolorem et ab acumine morbi oboriantur; et quos affectus ac diverſas eorum ſpecies natura noſtra et habitus ſingulis pariat, quamvis haec*

Ed. Chart. XI. [192. 193.]

νατον φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ μικρὸν τὸ κινδύνευμα ἀγνοήσαντα πότερον μὲν ἡ δύναμις δι᾽ ἔνδειαν καταλύεται, ὥστε προσθεῖναι τροφὴν δέωνται; πότερον διὰ μέγεθος φλεγμονῆς αὔξεται ὥστε ἀφελεῖν, πότερον δι᾽ ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, τουτέστι τροπὴν καὶ διαφθορὰν τῶν παρακειμένων. ὡς γὰρ ἡ λυχναία φλὸξ καὶ δι᾽ ἔλλειψιν τοῦ λίπους ἀποσβέννυται καὶ διὰ πολλὴν καὶ ἀθρόαν ἐπίχυσιν καὶ ὅτε μὴ καθαρὸν καὶ ἀργιλῶδες ᾖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν ἡ φύσις οὖσα παραπλήσιος τῇ φλογὶ καὶ ἐνδείᾳ καὶ περιουσίᾳ καὶ κακίᾳ τροφῆς διαφθείρεται. ὁκόσα τε ἡ φύσις ἡμέων καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα. οἱ μὲν γὰρ φύσει λιμώδεις, οἱ δὲ εὐπαθῆ ἔχοντες στόμαχον καὶ λειποθυμοῦντες ἀπὸ τῶν [193] ἐλαχίστων διαθέσεων μεγάλως κακούμενοι καὶ ὥσπερ ἕρματα ἀεὶ δεόμενοι τῆς τροφῆς· καὶ ἄλλαι δ᾽ εἰσὶν ἰδίως συγκρίσεις πᾶσι. διότι βλέπειν ὅπως μήτε πράξωμεν ἁμαρτήματα εἴ γε τοιαύταις σχέσεσι περι-

cognita aut ignorata ſalutem aut mortem adferant. Non enim parvum periculum eſt ſi ignoretur utrum vires per indigentiam diſſolvantur, ita ut cibi exhibitione indigeant; an ob inflammationis magnitudinem aeger ſuffocetur, an ob aliud quoddam irritamentum, hoc eſt ob eorum quae aſſumuntur tum mutationem tum corruptionem. Quemadmodum enim lucernae flamma et ob pinguedinis defectum et ob copioſam confertamque effuſionem extinguitur quumque purum non eſt et argilloſum: ſic et qui nobis innatus eſt calor quum natura exiſtat flammae ſimilis et alimenti penuria et copia et pravitate corrumpitur. *Et quos affectus et diverſas eorum ſpecies noſtra natura et habitus ſingulis pariat.* Quidam enim natura famelici ſunt; quidam ſtomachum habent qui facile afficitur *facileque* animo delinquunt et a minimis affectionibus magnopere laeduntur et alimenti appoſitione ſemper indigent. Atque aliae ſunt privatim in ſingulis conſtitutiones. Quare animadvertendum eſt ne quum in hujusmodi habitus inci-

Ed. Chart. XI. [193.]

πίπτωμεν. μεῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν ἢ ῥόφημα πλεῖον ἢ σιτίον οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κεναγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης. καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς ἢ καὶ ἰδιώτης ἐσελθὼν καὶ γνοὺς ξυμβεβηκότα δῴη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέῃ ὠφεληκέναι. τὰ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς ἢ ἰδιώτης ὥσπερ εἰ καὶ τεθνειῶτα ἀναστῆσαι. γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τούτων σημεῖα, οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν. περὶ μὲν τῶν καθόλου καιρῶν τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς πρώτης δόσεως τῆς τροφῆς.

dimus *aliquem* errorem committamus. *Majus ſiquidem malum eſt ſiquis ob laborem et morbi acumen debilitato potum aut ſorbitionem copioſiorem aut cibum exhibeat, ob vaſorum vacuationem imbecillum eſſe arbitratus. Indecorum autem eſt et ob vaſorum vacuationem debilitatum non cognoſcere ac victu eum opprimere. Periculum enim quoddam affert et hic error, multo tamen minus altero. Sed multo magis altero riſu dignior hic error eſt. Si namque alius medicus aut etiam plebejus acceſſerit et quae contingerunt cognoverit dederitque tum cibos tum potus quos alter prohibuit, aperte auxilium attuliſſe exiſtimabitur. Talia artificum inſtituta maxime ab hominibus vituperantur. Videtur enim ipſis qui acceſſit medicus aut plebejus tanquam mortuum ſuſcitaſſe. Horum igitur etiam ſigna quibus ſingula dignoſcere oporteat ſcribentur.* De univerſalibus igitur morborum temporibus et de prima alimenti exhibitione haec ſatis ſint.

Ed. Chart. XI. [193.]

Κεφ. η'. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν μερικῶν παροξυσμῶν καὶ τὰ περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς προγραφθησομένης διαίτης ἐπικρινόμενα. τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων. καὶ τὸ ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή. ἐν τοῖς μὲν νοσήμασι τοῖς κατὰ περίοδον ἐνοχλέουσιν, εἴτε τοῖς συνεχέσι καὶ τοῖς μηδένα διαλείμματα ἔχουσιν, εἴτε τοῖς ἔκ τινων διαστημάτων παροξυνομένοις καὶ ἁπλῶς ἐπανανεάζουσιν· τοῖς δήποτε παροξυνομένοις μηδὲν διδόναι μήτε σιτία μήτε ποτὰ μήτε διακλύσματα. ὅπου γὰρ τότε τὸ προσφερόμενον τοῦ νοσήματος οὐ τοῦ σώματος ἔσται τροφή. ἤν τις γὰρ τῷ πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς αὕτη, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος. μηδ' ἀναγκάζειν· τουτέστι μηδ' ἀναγκαστικῷ μηδενὶ χρῆσθαι. παρηγορίας μᾶλλον μὲν οὖν δεῖται ἢ βίας ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, ἔχειν δὲ χρὴ τὸν τῆς ἀνέσεως καιρὸν, ἐν ἐκεί-

Cap. VIII. Jam videamus quae de particularibus paroxyſmis ac quae de diaeta in his praeſcribenda decernuntur. *Quibus per ſtatos circuitus acceſſiones oboriuntur nihil dare neque cogere, ſed de ciborum oblatione detrahere ante criſes oportet.* Atque hoc, *in ipſis paroxyſmis cibum ſubtrahere oportet, exhibere enim noxium. Et quaecunque per circuitus exacerbantur in paroxyſmis ſubtrahere cibum oportet.* In morbis ſane per circuitus vexantibus ſive continui ſint nullasque habeant intermiſſiones ſive ex quibusdam intervallis exacerbentur ac plane recrudeſcant; in paroxyſmis tandem neque eſculenta neque poculenta neque diaclyſmata danda ſunt. Quandoquidem quidquid tunc offertur id morbi non corporis alimentum futurum eſt. *Siquis enim febricitanti alimentum dederit ſano quidem robur, aegrotanti vero morbus. Neque cogere;* hoc eſt nulla re cogente uti. Solatio namque potius quam violentia in paroxyſmis opus eſt ac remiſſionis tempus exſpectandum eſt in eoque vehementia cogentia-

νῳ τὰ σφοδρὰ καὶ ἀναγκαστικὰ παραλαμβάνειν τὰ βοηθήματα· ἀφ᾽ οὗ δ᾽ ἂν ἐπιπέσωσιν οἱ παροξυσμοὶ, τὰ παρηγορικά. ὅνπερ γὰρ τρόπον τὰ σφόδρα ἄγρια ὄντα τῶν θηρίων ὁ μὲν ἠρέμα προσιὼν καὶ φιλοφρονούμενος ἡρεμοῦσι, ὁ δ᾽ ἀντοργιζόμενος καὶ μετὰ βίας ἐπιὼν προσαγριαίνει, ὡσαύτως καὶ τὰ νοσήματα τρόπον τινὰ ἠγριωμένα κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς παραμυθούμενος καὶ πραΰνων ἐλαφρύνει καὶ τιθασσεύει· ὁ δὲ ἀντιτείνων καὶ τὰς βίας προσφέρων ἐπεγείρει καὶ ποιεῖ χαλεπώτερα· διὰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα οὔτε τοῖς ἀναγκαστικοῖς βούλεται χρήσασθαι κατὰ τοὺς ἀναγκαστικοὺς παροξυσμοὺς οὔτε ταῖς τροφαῖς, ἅμα μὲν διὰ τὴν πρόσθεσιν, ἅμα δὲ διὰ τὴν ἐν ταῖς οἰκονομίαις ταραχήν. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ γὰρ προστιθέναι βλάπτει. οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς παροξυσμοῖς ἀξιοῖ μηδενὶ χρῆσθαι κινητικῷ ἢ προσθετικῷ μηδὲ οὖσι μηδὲ μέλλουσιν, ἀλλὰ ἐν

que remedia assumenda sunt, ubi vero paroxysmi inciderint lenientia. Quemadmodum enim ferae etiam valde agrestes siquis ipsas placide adeat blandeque demulceat mansuetae redduntur; si vero contra ipsis irascatur violenterque adoriatur agrestiores efficiuntur: ita et morbi quodammodo agrestiores facti siquis eos in paroxysmis soletur ac mitiget, leniores ac mansuetos efficit; siquis vero reluctetur ipsisque violentias inserat, excitantur exacerbanturque ac *difficiliores redduntur.* Propter has et alias hujusmodi causas neque rebus cogentibus neque alimentis vult uti in paroxysmis cogentibus partim quidem ob adjectionem alimenti, partim vero ob perturbationem quae in distributionibus oboritur. *Et quaecunque per circuitus exacerbantur in ipsis exacerbationibus cibum subtrahere oportet; exhibere enim noxium.* Non solum autem dum adsunt paroxysmi nulla re quae movere aut addere possit utendum esse censet, verum etiam neque dum mox futuri *sunt*, sed dum deorsum inclinat morbus. Hocque sapien-

καταῤῥόπῳ καὶ τῇ νούσῳ. καὶ τοῦτο μεγαφρονιμώτερον ἐν τῷ περὶ νούσων, ἔτι δὲ ἐν ἄλλοις εἰπὼν [194] ἀποδείκνυται. ὁκόταν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι ἡσυχάζειν καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ἰητρὸν τῇσι θεραπείῃσιν, ὅκως μὴ κατεργάσηταί τι κακόν. πάντων δὲ σαφέστερον καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας ὅτε φησί· καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τόνδε μάλιστα φυλάττεσθαι κατ' ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νουσήματος. ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι. ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισιν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τῇσιν ὀξείῃσιν, μάλιστα δ' ἐν τοῖσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνοτάτοισιν. ἴσως ἄλλα τις φήσει ὁ μηδὲ λέξεως Ἑλληνικῆς ἐπαΐειν δυνάμενος ἐν ἀκμῇ παρατιθέναι τὸν Ἱπποκράτην τοῖς πυρέσσουσι τὰς τροφάς. ὅταν γὰρ μὴ καταβήσηται εἰς τοὺς πόδας, τότε ἀκμάζειν τὸν πυρετὸν ἅπαντος ἴσως καὶ ὁμοίως τοῦ σώματος τεθερμα-

ter admodum in libro de morbis ac praeterea in aliis his verbis demonſtrat: *quum autem impetu feruntur morbi, tum laborantem tum medicum a curationibus quieſcere oportet, nequid mali inducatur.* Sed haec omnibus dilucidiora et ampliora in libro adverſus Cnidias ſententias edidit. *Occaſionem autem ſorbitionis exhibendae tum per initia tum per univerſum morbum hanc maxime obſervare oportet. Quum pedes quidem frigidi fuerint, ſorbitionis exhibitionem prohibere oportet, maxime vero et a potu temperandum eſt. Quum vero calor ad pedes deſcenderit, tunc dare convenit reputareque cum in morbis omnibus tum haud minime in acutis ac potiſſimum in magis febrilibus ac periculoſiſſimis morbis hancce occaſionem plurimum poſſe.* Fortaſſis alia aliquis dictionis Graecanicae imperitus dixerit Hippocratem febricitantibus in morbi vigore alimentum exhibere. Quum enim ad pedes deſcenderit, tum febrem vigere corpore univerſo aeque ac ſimi-

σμένου. ἀλλά τι ἀσυνέσεως καὶ τῆς ἄκρας ἀπαιδευσίας παρέχει ὁ τοῖς ἀρχαίοις τολμῶν ἀντιλέγειν οὐδὲ τὸ καταβαίνειν οἶδε τί ποτ' ἐστίν. μαθέτωσαν οὖν οἱ τὰ ἐκείνου ζηλοῦντες ὅτι οὐκ ἐν ἀκμῇ, ἀλλ' ἐν ἀνέσει τοῦ πυρετοῦ δίδωσιν Ἱπποκράτης τὴν τροφήν. τί γάρ φησιν; ὅταν δ' ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι. πᾶν δὲ τὸ καταβὰν ἐκλέλοιπε μὲν τὰ ἄνω, ἐν δὲ τοῖς κάτω γεγένηται οὐκ ἐκταθείσης, ἀλλὰ μεταστάσης τῆς θερμασίας εἰς κάτω χωρία. καὶ τοῦτο αὐτὸς εἰς τόσον ἐκδιδάσκει σαφῶς, ὥστε τοὺς ἠλιθίους ἂν τοῦτο νοῆσαι. λέγει δὲ οὕτως. ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων μήτε ποτὸν μήτε ῥόφημα μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγοῖο τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διαθερμανθῇ σφόδρα, εἶθ' οὕτως τὸ ξυμφέρον πρόσφερε. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. εἰ δὲ ἐν τοιούτῳ καιρῷ τι προσοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγει, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώ-

liter calefacto. Verum qui haec in veteres audet dicere, ſtoliditatem ſummamque inſcitiam prae ſe fert nec quid ſit *deſcendere* intelligit. Qui ergo *Hippocratis* praecepta aemulantur diſcant eum non in vigore ſed remiſſione febris alimentum dare. Quid enim ait? *Quum calor in pedes deſcenderit, tum dare convenit.* Quidquid autem jam deſcendit ſuperiores partes reliquit ac inferiores adiit calore non extenſo ſed ad inferiores regiones transflato. Illudque adeo clare ipſe edocet, ut a ſtolidis etiam queat intelligi. Sic autem loquitur: *frigentibus autem pedibus neque potum neque ſorbitionem neque aliud quidquam hujusmodi dato. Verum id maximum eſſe ducito ſi exſpectaveris, quouſque valde incaluerint; deinde ita quod conferat exhibe. Pedum enim frigus plerumque febris acceſſurae ſignum exiſtit. At eo tempore ſiquid exhibueris, in omnibus maxime peccaveris; morbum namque non parum auxeris. At quum febris deſinit, vice verſa pedes*

ματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρακος εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. συνδεδραμηκότος δὲ ἅλεος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες· ἔτι δὲ καὶ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων ψύχονται συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρακα. καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ καὶ κατακερματιζομένου εἰς τοὺς πόδας καταβαίνει. κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλὴ καὶ θώραξ κατέψυκται. ἆρα οὐκ ἔστιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ἡ θερμασία οὐδ' ἐπιτέταται, ἀλλ' ὥσπερ ἐπεὶ ἐγίνετο παροξυσμὸς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὰ περὶ τὸν θώρακά τε καὶ τὴν κεφαλὴν μέρη κατακορῶς ὑφήπτετο· οὕτω καὶ νῦν ἐπεί πέρ ἐστιν ἄνεσις, ἐκλέλοιπε μὲν θερμασία τὰ κυριώτατα μέρη, περὶ δὲ τοὺς πόδας ἄκρους ἐνδιατρίβει καὶ τοῦτο γίνεται φύσει. λογικώτατον γὰρ ἰσχυρῶς προκαταψυχθέντα ταῦτα καὶ ἰσχυρῶς τὸ θερμὸν καταλαμβάνειν τῆς φύσεως δήπου τὴν ἀμοιβαίαν τῶν ἐναντίων αὐτοὺς ἐπιτυχίαν ἀποδιδούσης.

reliquo corpore calidiores evadunt. Quum enim pedes refrigerat febris augetur et accenſa ex thorace ad caput flammam emittit. At fervido calore univerſo ſurſum concurrente atque ad caput exhalante pedes merito refrigerantur, quum natura excarnes ac nervoſi ſint. Praeterea et a calidiſſimis locis multum diſtantes refrigerantur, ſeſe colligente ad thoracem calore. Atque rurſum eadem ratione quum febris ſolvitur et minutas in partes diſtribuitur, ad pedes calor deſcendit. Hoc igitur tempore caput et thorax perfrigerata ſunt. In univerſo itaque corpore calor non eſt neque intenſus eſt; ſed ut vigente ultra principium paroxyſmo partes circa thoracem caputque affatim incendebantur; ita et nunc quum adeſt remiſſio, calor nobiliores quidem partes reliquit, extremos vero pedes occupat, quod natura fit. Nam rationi maxime conſentaneum eſt ut quae partes prius vehementer perfrixerunt, eas calor etiam ingens prehendat, natura nimirum mutuam ipſis contrariorum ſucceſſionem tribuente.

ὅθεν καὶ διὰ ψυχρῶν τις ὁδεύσας χωρίων ὅταν εἰς ἀλέαν ἔλθῃ, διαπύρους ἴσχει τοὺς πόδας· ἐπεὶ καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἐψύγησαν, τοσούτῳ καὶ τοῖς μᾶλλον ὡς ἐπίπαν καὶ σφοδρότερον δικαίως ἐπιθερμαίνονται. διὸ καὶ ἐν τοῖς χαλεπωτάτοις τῶν πυρετῶν ὅταν ἡ εἰσβολὴ μετὰ καταψύξεως γένηται ποδῶν, διά τε ἀνέσεως μετὰ τοῦ σφόδρα θερμανθῆναι τοὺς πόδας συμβαίνει. διὸ καὶ ἐξεργαζόμενος τὸν τόπον φησί. τουτέων ἕνεκεν ῥόφημα προσαρτέον, ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν καὶ [195] ὑποχόνδριον ἐντεταμένον καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον ταραχὴν καὶ μετεωρισμὸν γνώμης καὶ ἀλγήματα καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνῆται. θέρμης δὲ καταβάσης εἰς τοὺς πόδας καὶ οὔρου διελθόντος καὶ ἢν μὴ ἱδρώσῃ πάντα λωφᾷ. κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ ὄλεθρος· καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀκαιρίας βλάβην ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων ὁ ἐπιθάνατον εἰπὼν τὸ τρέφειν ὑπὸ παροξυσμόν· διαῤῥήδην γοῦν καὶ ταῦτα

Unde quum quis per frigidas regiones iter fecerit, ubi in aestuosam pervenerit, ignitos pedes obtinet; quandoquidem quo magis frixerint, eo magis etiam ac vehementius jure incalescunt. Quamobrem et in gravissimis febribus, quum invasio cum pedum perfrigeratione sit, in remissione pedes vehementer calefieri contingit. Quare quum locum absolveret *Hippocrates* inquit: *eas ob causas sorbitio exhibenda, quod quum pedes frigidi fuerint, ventriculum calidum esse necesse est multoque fastidio plenum intendique hypochondrium et corporis jactationem propter internam turbationem, mentis defectum et dolores aeger vellicatur, vomere vult et si prava vomuerit, dolore afficitur. At quum calor ad pedes descenderit urinaque prodierit, etiamsi non sudaverit, omnia cessant. Eo igitur tempore sorbitio exhibenda est, tum autem pernicies;* ac maxime propter nocumentum ex intempestiva exhibitione concitatum in morbis acutis mortiferum esse pronuncians sub paroxysmum nutrire. Aperte igitur haec imperat. Oportuerat igitur

προστάττει. ἔδει μὲν οὖν αὐτάρκως ἤδη σε δεδιδάχθαι, εἰ δ' ἔτι ποθεῖς μανθάνειν ἄκουε, διαῤῥήδην καὶ ταῦτα προστάττοντα Ἱπποκράτην. ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρῶ διαφυλάττων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων ἢ πανσαμένων παροξυσμῶν καὶ ὡς ποῤῥωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἢ ἄρτι πανσαμένου παροξυσμοῦ. διδόναι τὰς τροφὰς τὴν παντελῶς παρακμὴν μὴ περιμείναντες πυρετοῦ, ἐπὰν δήπου νοσοῦντες τῷ βουλίμῳ πιεζόμενοι ἢ κακούμενοι σφοδρῶς πρὸς τῶν μακρῶν ἀναθέσεων ἤτοι ἀπὸ στομάχου τι κατεῤῥιγημένον καὶ σφόδρα ἐκλελυμένον ἐστί. τότε δὴ κατὰ τὰς ἀνέσεις ἐν θερμοῖς ἔτι τοῖς σώμασι παραθετέον τροφὴν, τὸ δὲ κυριώτατα ὅταν ἐστενοχωρημένον ᾖ τὸ διάστημα τῆς ἀνέσεως. ὁ γὰρ μικρὸν προσβάλλων τὴν τροφὴν πρὸ τῆς προκαταλήξεως παροξυσμοῦ, ποῤῥωτέρω δίδωσι τῆς μελλούσης ἐπισημασίας· ὅτι δέ ποτε ἄρτι πανσαμένης ἐπισημασίας ἡ τροφὴ προσφέρεσθαι ὀφείλει αὐτὸς ἐσαφήνισεν εἰπὼν, καὶ ὡς ποῤῥωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ὅπως

ſatis jam haec te edoctum fuiſſe; ſi quid tamen amplius diſcere cupias, audias haec luculenter praecipientem Hippocratem. *Quum autem medicamento purgaveris, ſorbitionibus utere obſervatis febrium paroxyſmis, ut nequaquam dum adſunt neque quum futuri ſunt exhibeas, ſed quum ceſſant aut ceſſarunt et quam longiſſime a principio aut quum nuper ceſſaverit paroxyſmus.* Alimenta vero exhibenda ſunt non exſpectata omnino febris declinatione, ubi nimirum aeger fame intolerabili premitur aut a longis ciborum dilationibus male admodum affectus eſt aut aliqua pars ſtomachi obriguit et valde exſoluta eſt. Tunc ſane in *febrium* remiſſionibus corporibus adhuc calidis exiſtentibus alimenta exhibenda ſunt, ac potiſſimum quum remiſſionis intervallum anguſtum fuerit. Qui namque paulo antequam deſierit paroxyſmus cibum exhibet, is longius a futura aſſignatione cibum dat. Quod autem interdum ſedata jam invaſione cibus offerri debeat clare ipſe oſtendit his verbis: *et quam longiſſime a principio.* Ut enim

γὰρ μὴ περικαταλάβῃ ἀδιοίκητον τὴν τροφὴν, ἀλλὰ σαφῆ πεμφθεῖσαν καὶ ἐξοικειωθεῖσαν τῷ σώματι παυσαμένης τῆς ἐπισημασίας δίδωσι τὰς τροφάς· ὅδε καιρὸς πλεῖστον ἀπέχει τοῦ μέλλοντος παροξυσμοῦ. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας προστίθησιν ὁμολογοῦντα μὲν τοῖς προλελεγμένοις, συμφωνοῦντα δὲ τοῖς ἔργοις τῆς διαίτης. ὅ τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν ἀῤῥωστήμασι καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν καὶ ἀσφαλέως ὁκότε δέῃ προσενεγκεῖν εἰδέναι· ἔτι δὲ ὁκότε πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσεως. καὶ ταῦτα συμφήσει πάλιν τοῖς ἔργοις συγγεγυμνασμένος.

Κεφ. θ'. Μέγιστον γὰρ ὂν τὸ ἐν τοῖς χρονίοις νοσήμασι παρατηρεῖν τοὺς καιρούς· διότι λεληθότες οἱ παροξυσμοὶ καὶ διὰ συμβόλων καταλαμβανόμενοι οἱ ἐξ ἀγρυπνίας, βάρους, δυσκινησίας, ὀνειρογμοῦ, ἀχροίας, ἀνορεξίας καὶ

aſſignatio febrilis alimentum diſtributioni ineptum, ſed probe concoctam ac jam corpori familiare redditum ſuſcipiat, ſedata invaſione alimenta praebet; quod tempus a futuro paroxyſmo plurimum abeſt. Praeterea vero et in libro adverſus Cnidias ſententias ea adjungit quae tum praedictis tum artis operibus conſentiant. *Diaetetices maximum eſt febrium tum intenſiones tum remiſſiones ut in acutis ſic et in longis morbis obſervare et cavere, ita ut tempora quando cibi offerendi non ſint et quando tuto offerendi ſint obſervare ſcias; atque etiam quando plurimum ab intenſione abſuerint.* Atque haec rurſus fatebitur qui in artis operibus fuerit exercitatus.

Cap. IX. Maximum enim eſt diuturnis in morbis obſervare tempora; quia in iis *obſcuri* ac latentes ſunt paroxyſmi qui per ſymbola ex vigiliis, gravitate, motus difficultate, inſomniorum perturbatione, decoloratione, inappetentia ac ſimilibus deprehenduntur. In acutis enim

τῶν ὁμοίων. ἐπὶ γὰρ τῶν ὀξέων, οἷς μέγιστα ὑποκείμενοι συνεχεῖς πυρετοὶ, μεγάλα τὰ διαφέροντα τῶν παροξυσμῶν τὰ τῶν ἀνέσεών ἐστι· ὥστε καὶ τοῖς ἰδιώταις πολλάκις ὑποπίπτειν. ἐπὶ δὲ τῶν χρονίων βληχροὶ μὲν οἱ πυρετοὶ καὶ μόλις καταλαμβανόμενοι, κεκρυμμένοι δὲ οἱ παροξυσμοὶ καὶ μάλιστα κατὰ πλεῖστον ἐπιφερόμενοι, ὡς καὶ αὐτοὺς διαλανθάνειν τοὺς νοσοῦντας. ὅθεν ἀκριβὲς πάλιν σημεῖον τοῦτο ἔσται δυναμένῳ παρ' ὀλίγον αὐτῶν ἐπιγινώσκειν διαφοράς.

[196] Κεφ. ι'. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνενδότων πυρετῶν, οὓς καὶ συνόχους καλοῦμεν, ἀκόλουθόν ἐστι κατὰ τὸν ὄρθρον διδόναι τροφήν. πολλαχοῦ γὰρ ἄλλοθι καὶ ἐν ἐπιδημίᾳ ἑτέρᾳ ὁμοίως ἐνιαυτῷ τὴν ἡμέραν φησὶν ὑπάρχειν, ὡς ἐοικέναι τὸν ὄρθρον ἔαρι, τὸ δὲ μέσον ἡμέρας θέρει, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου φθινοπώρῳ, τὸ δὲ πρὸς νύκτα χειμῶνι. ὅθεν ὡς δειλινὸς ὁ καιρὸς τῷ φθινοπώρῳ ἀνάλογος εἰρημένος εἰ τῷ ὄρθρῳ τῷ ἔαρι ὁμοίῳ λελεγμένῳ παραβάλληται θανατωδέστερον ἔσται, ὡς καὶ ὄρθρος ὑγιεινότατον. οὕτως ἡ

morbis, quibus potiſſimum febres continuae ſubjacent, magna ſunt inter paroxyſmos et remiſſiones diſcrimina; ita ut et ab idiotis etiam ſaepenumero dignoſcantur. In diuturnis autem exiles quidem ac lentae ſunt febres vixque deprehenduntur, et earum occulti ſunt paroxyſmi ac potiſſimum ubi plurimum proceſſerunt, ut et ipſos aegros multoties lateant. Unde vel exquiſitum omnino ſignum erit illi qui aliquantulum ipſorum differentias poſſit dignoſcere.

Cap. X. In febribus autem non remittentibus, quas et continentes vocamus, mane laborantibus alimentum exhibere conſentaneum eſt. Saepius enim tum alibi tum in epidemiorum ſecundo diem anno comparavit, ita ut tempus matutinum veri aſſimilatum ſit, meridies aeſtati, pomeridianum tempus autumno, nocturnum *denique* hiemi. Unde ut pomeridianum tempus quod autumno analogum eſſe tradidimus, ſi matutino, quod veri ſimile eſſe diximus, comparetur, exitialiſſimum erit, ſicuti matutinum ſaluber-

Ed. Chart. XI. [196.]

δείλη μὲν ὀχληρὸς καὶ παροξυντικὸς, ὄρθρος δὲ φιλανθρωπίας καὶ ῥαστώνης ποιητικόν. ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τῶν νούσων· οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νούσου, οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον τῆς νόσου καὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας. διόπερ εἰ μηδὲν ἴχνος εἴη τῆς ἐνδόσεως, καιρὸν ἴσθι τοῦ ἔαρος εὐκρασίᾳ παρεοικότα. οὗτος δέ ἐστιν ὁ περὶ τὸν ὄρθρον, ἐπιτηδειότατον ἂν εἴη πρὸς τὰς ἄλλας βοηθείας καὶ πρὸς τὰς τροφάς. αὐτὰ ἱκανὰ μὲν πρὸς τὸ παραστῆσαι τὸ προκείμενον. καὶ γὰρ ἐξεῖλον ἀπόμοιραν ἐκ τῶν παρ' Ἱπποκράτην μοιρῶν σχεδὸν ἀπείρων εἰρημένων. ἀλλὰ τεχνικῶς ἔσται ταμιεύεσθαί τινα τῶν ῥητῶν τὰ μὲν εἰς τὸ περὶ ἔθους γραφησόμενον ἡμῖν, τὰ δὲ εἰς τὸ περὶ ποσότητος καὶ ποιότητος. τοσοῦτο γὰρ ἐκεῖ κειμένων ἀπαθῶν παρὰ τῷ ἀνδρὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ τῇ σιγῇ παραλειπομένων καὶ τῶν τοιαύτης περιουσίας καὶ δαψίλεως καθ' ἓν ἕκαστον θεώρημα συγγραφθησομένων.

rimum. Ita ſane crepuſculum verſpertinum conturbans et exacerbans eſt, matutinum vero tempus benignitatis ac remiſſionis efficiens: *tanquam annus circuitum habeat morborum, quale dies morbi eſt, quale eſt veſpertinum tempus ad exacerbationem tale eſt morbi et uniuscujusque conſtitutionis inter ſe invicem.* Quare ſi nullum ſit remiſſionis veſtigium, tempus veris temperamento aſſimilatum eligas. Id autem exiſtit quod circa matutinum crepuſculum eſt idque tum ceteris remediis tum cibis exhibendis maxime idoneum eſſe deprehenditur. Haec quidem ſatis ſint ad id ſuadendum quod a nobis propoſitum eſt. Portionem enim ſelegi ex infinitis prope quae apud Hippocratem leguntur, ex arte tamen erit quae enuncianda ſunt eorum quaedam in librum de conſuetudine a nobis conſcribendum, quaedam vero in librum de quantitate et qualitate reponere. Illic ergo ex Hippocrate quam plurima ponuntur quae in praeſenti libro ſilentio praetermiſimus largaque copia in unoquoque theoremate ſcriptis tradentur.

Ed. Chart. XI. [196.]

Κεφ. ια'. Οἱ μὲν οὖν πρὸς τὰς Ἱπποκράτους γραφὰς ἀπαρασκεύαστοι πρότερον ἐρχόμενοι ἢ πρῶτα τὰ γράμματα μαθεῖν παραλόγως ἐκείνῳ ἀντιλέγουσι. δέον γὰρ μέμφεσθαι τὴν αὐτῶν ἀμάθειαν ἀσάφειαν κατηγοροῦσι διὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν οὐ δυνάμενοι χωρῆσαι τὸ μέγεθος τῆς ἐκείνου δυνάμεως. τοιαῦται γὰρ οἶμαι πεπόνθασι πρὸς τὴν Ἱπποκράτους γραφὴν αἱ τῶν ἀσυνέτων καὶ ταπεινῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, ὁποῖαι αἱ ὄψεις αἱ πρὸς τὸν ἥλιον ἀποβλέπουσαι. καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖναι περὶ τῆς ἰδίας ἀσθενείας ἀπὸ τοῦ ἡλίου κάλλους ἁλίσκονται καὶ ἀπελέγχονται, ὅταν ἐπιμόνως ἀκάματοι πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν οὐκ ἐδυνήθησαν, ἀλλὰ δή ποτε ἀμβλυώττοντες εἰς τὰ σκοτώδεα σφᾶς στρέφουσι· οὕτω καὶ αἱ τῶν ἀμυήτων ἀνθρώπων ψυχαὶ αἱ μὴ προτετελεσμέναι τοῖς ἐν τῇ ἐγκυκλοπαιδίᾳ ὅροις περιαστραπτόμεναι τῷ κάλλει τῆς γραφῆς τοῦ Ἱπποκράτους καὶ τῶν δογμάτων φωτὶ καταλαμπόμεναι τρόπῳ τινὶ τυφλώττουσι. καὶ ἀποστραφεῖσαι τῶν μειζόνων ἢ κατ' αὐτοὺς ἐπὶ τὰ μικρὰ καὶ ἀλαμπῆ καὶ ἀσύμμετρα ταῖς αὐτῶν ἀμαθίαις

Cap. XI. Qui ergo ad Hippocratis ſcripta imparati prius accedunt quam primas literas didicerint, temere illi adverſantur. Suam enim ipſorum ignorantiam incuſare quum deceret, Hippocratis obſcuritatem reprehendunt, quod nimirum ob propriam imbecillitatem non poſſint Hippocraticae virtutis magnitudinem aſſequi. Ita enim, opinor, affectae ſunt ad Hippocratis ſcripturas imperitorum abjectorumque hominum animae ut oculi ad ſolem, dum ipſum contuentur. Quemadmodum etenim hi de propria imbecillitate a ſolis pulchritudine redarguuntur convincunturque quum perſeveranter citra laborem in ipſum intueri nequeunt, ſed tandem caecutientes ad tenebroſa ſe vertunt, ita profanorum hominum animae in encyclopaedia prius non educatae, ſcriptorum Hippocratis fulgore perculſi, ſententiarum ſplendoribus offuſi quodammodo caecutiunt. Quamobrem et ab iis quae majora ſunt quam ut ipſae ferre queant averſae ad parva quaedam ac obſcura ſuaeque ipſorum imperitiae accommodata procedunt. Nos

Ed. Chart. XI. [185.]

παραγίγνονται. ἡμεῖς δ' οὐδ' ἐκείνων ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν εὐπαιδεύτων καὶ χαριεστέρων καὶ ταῦτα συνεταξάμεθα καὶ πάντα τὰ δι' ὧν τελειότατα γίγνοιτο καθ' Ἱπποκράτην ἰατρικὰ πάλιν ἀναγραφῆς ἀξιώσομεν.

autem non eorum gratia, ſed ut illis qui probe inſtituti ſunt congratulemur, tum haec conſcripſimus tum omnia quibus res medicae ex Hippocratis ſententia abſolutiſſimae fiant digna ut rurſus ſcribantur cenſebimus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Ed. Chart. II. [21.] Ed. Baſ. IV. (424.)

[21] Κεφ. α'.

Ποία πρὸ τοῦ Σωκράτους ἦν ἡ φιλοσοφία, τίνα μέρη αὐτὸς προσέθη καὶ περὶ τῆς τοῦ βιβλίου ὑποθέσεως.

Τῶν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφησάντων φυσιολογεῖν μόνον προελομένων καὶ τοῦτο τέλος τῆς κατ᾽ αὐτοὺς φιλοσοφίας πεποιημένων ἐπιγεγονὼς πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Σωκράτης, οὗτος τὸ μὲν ἀνέφικτόν φησιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν. τῶν γὰρ ἀδήλων κατάληψιν βεβαίαν λαβεῖν τῶν χαλεπωτάτων

GALENI DE HISTORIA PHILOSOPHICA LIBER SPURIUS.

Caput I.

Qualis philoſophia fuerit ante Socratem quas ipſe partes addiderit; ac de libro propoſito.

Quum qui ab initio philoſophati ſunt ii ſolum phyſicam elegiſſent eamque ſuae philoſophiae finem conſtituiſſent, multis poſt temporibus natus Socrates ipſe id *philoſophiae genus* hominibus inacceſſum eſſe cenſuit. Rerum enim abditarum cognitionem certam aſſequi perar-

εἶναι ἐνόμισε, τὸ δὲ ζητεῖν ὅπως ἄμεινον διάγοι τις καὶ τῶν μὲν κακῶν ἀποτραπῇ, τῶν δὲ καλῶν ὡς πλείστων μετάσχῃ, τοῦτο μᾶλλον συνοίσειν. καὶ τοῦτο νομίσας χρησιμώτερον τῆς μὲν φυσιολογίας ἠμέληκεν οὐ πάνυ τι πρὸς τὸν χρήσιμον βίον συμβαλλομένης, ἠθικὴν δέ τινα διάθεσιν ἐπινενοηκὼς ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, αἰσχρῶν τε καὶ καλῶν, τιμίων τε καὶ τῶν ἐναντίων τοῖς προνοουμένοις ταῦτα πάντων ἀπηλλάχθαι τῶν ἀλυσιτελῶν ἡγεῖτο ῥᾳδίως, διὸ προσεπάγεται τῇ φιλοσοφίᾳ τὸ ἠθικὸν, καθ᾽ ὃ συνέστησε τὴν προαίρεσιν τῶν κάλλιστα ζῆν πεισθησομένων. κατιδὼν δὲ ὅτι δεήσει τὸν τούτων προστησόμενον εὐπειθείας μετέχειν. τοῦτο δ᾽ ἂν ὑπάρξειεν εἰ λόγοις διαλεκτικοῖς φαίνοιτο πρὸς τοὺς προσιόντας καλῶς κεχρημένος καὶ τὴν διαλεκτικὴν δύναμιν τελέως ἐπινενοηκὼς, δι᾽ ἧς πειθόμενοι ἀπαλλαξόμεθα τῶν βλαβερῶν, ἐπελευσόμεθα δὲ ἐπὶ τὰ πάντως ὠφελεῖν πεφυκότα ταύτην συνέστησεν. ὥς τε διὰ τὸν Σωκράτην γενέσθαι τριμερῆ τὴν φιλοσοφίαν πρότερον ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς

duum eſſe exiſtimavit. At quaerere quomodo quis emendatius viveret et a malis avocaretur necnon bonorum quam plurimorum particeps fieret, id magis profuturum. Quumque hoc utilius judicaſſet, phyſicam neglexit ad uſum vitae non multum conferentem; moralem vero quandam diſciplinam excogitavit quae eorum eſt, quae bona vel mala *ducuntur*, turpia vel honeſta, honore digna vel his contraria arbitratus eos qui haec providiſſent ab omnibus *vitae* incommodis ſe facile explicaturos. Quamobrem pars philoſophiae ipſa moralis acceſſit, quae eorum quibus viſum eſt honeſtiſſime vivere propoſitum aſtruit. Proſpiciens autem oportere hujus auctorem artem callere ſuaſoriam et hoc futurum ſi rationibus dialecticis praeclare uti videretur apud eos qui eum convenirent, differendi facultatem meditatus qua perſuaſi ab iis quae noxia ſunt liberi ad ea evehimur quae omnino prodeſſe nata ſunt, eam conſtituit. Sic itaque a Socrate tres in partes philoſophia diviſa eſt quae prius ſola rerum naturalium ſpe-

μόνοις ὁρίζεσθαι δοκοῦσαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐχρῆν προειπεῖν, ἵνα ἔκ τινος ἀρχῆς ποιησώμεθα τὸν περὶ φιλοσοφίας λόγον. προὐθέμεθα δὲ διαλεχθῆναι περὶ τούτου οὐδὲν μὲν ἴδιον εὑρηκότες, τὰ δὲ παρὰ τοῖς προτέροις σποράδην καὶ χύδην εἰρημένα συναγαγόντες, σαφῶς τε καὶ συντόμως σπουδάσαντες περὶ τούτου διαλεχθῆναι, ἵνα οἱ φιλομαθεῖς τούτοις προεντυγχάνοντες μὴ δέοιντο τῶν ἐξηγουμένων, ἀλλὰ δι᾽ ἑαυτῶν γιγνώσκοιεν τὰ καθ᾽ ἕκαστα τῶν εἰρημένων σαφέστερον. ἀσφαλέστερον δὲ πειρώμεθα περὶ τούτου εἰπεῖν τὰ σοφιστικὰ καὶ πάνυ κεκοσμημένα τῶν διαλεκτικῶν παρεληλυθότες. οὐ γὰρ ἐπιδείξεως ἕνεκα προὐστησάμεθα τὴν περὶ τούτου σπουδὴν, ἀλλὰ χρηστοήθη ποιῆσαι βουληθέντες τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λαβεῖν τί χρήσιμον προεγνωκόσιν. οἳ νομίσαντες φιλοσο- [22] φεῖν οὐ μόνον τοὺς τὰ τριβώνια περιειμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρόοδον μὲν τοῖς πολλοῖς ὁμοίαν ἐνστησαμένους, τὴν δὲ διάνοιαν φιλοσοφωτάτην ἔχειν σπουδάσαντας. ἁπλουστέρως δὲ ὅσα παρὰ τῶν πεπαιδευκότων ἡμᾶς ἀκηκόαμεν καὶ δι᾽ ἀναγνωσμάτων ἐμάθομεν νῦν συνά-

culatione circumſcripta videbatur. Hoc igitur praefari oportebat, ut ex quodam initio philoſophicam hiſtoriam conderemus. At de iſta *materia* diſſerere propoſuimus non quod proprium quid invenerimus, ſed quod quae ab antiquioribus ſparſim fuſeque dicta ſunt ea colligentes dilucide ac conciſe ſtuduerimus de ea diſſerere; ut qui diſcendi ſtudio ducti ad haec acceſſerint interpretibus non indigeant, ſed ſeipſis quae dicta ſunt ſingula apertius intelligant. Sed tutius enitamur de eo verba facere captioſis et multopere exornatis dialecticorum *ratiocinationibus* praetermiſſis. Non enim oſtentationis gratia de eo ſtudium ſuſcepimus, ſed quod voluerimus his *honeſte prodeſſe*, qui prius aliquod ex philoſophia emolumentum promere decreverunt arbitrati philoſophari non ſolum detrita veſte indutos, ſed et eos qui conſimili ceteris inceſſu gradientes mentem maxime philoſophicam habere ſtuduerunt. Paucioribus autem quaecunque ab iis qui nos edocuerunt audivimus et quae ipſi perlegendo didicimus nunc in unum

γειν ἐπεχειρήσαμεν, ἵνα ἐξ ἁπάντων ἔχῃ τὶς γινώσκειν πόθεν τε φιλοσοφία πρῶτον μὲν εἰς τοὺς Ἕλληνας παρελήλυθε καὶ τίνες οἱ ταύτην εἰσαγαγόντες καὶ τοὺς δοκοῦντας κατὰ τὴν παιδείαν διενηνοχέναι τῶν ἐπὶ ταῦτα τετραμμένων.

Κεφάλαιον β'.

Περὶ τῶν φιλοσόφων κατὰ τὴν διαδοχὴν λελοιπότων.

Ἔστι τοίνυν ὁ πρῶτος ὑπὸ τῶν πλείστων ὑπειλημμένος τὸν φιλόσοφον τρόπον εἰς τοὺς Ἴωνας εἰσηγμένος Θαλῆς ὁ Μιλήσιος. δι' ὃν καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον σοφίαν Ἰωνικὴν ἅπαντες ὀνομάζουσιν. τούτου δὲ γνώριμος Ἀναξίμανδρος γεγονὼς ὁμοίως φιλοσοφῶν γέγονε. καὶ τὸν Ἀναξιμένην μετὰ ταῦτα ζηλωτὴν εἶναι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως πεποιηκὼς Ἀναξαγόρου καθηγητὴν γενέσθαι παρεσκεύασεν. οὗτος δὲ τὴν Μίλητον ἀπολελοιπὼς ἧκεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τὸν Ἀρχέλαον Ἀθηναῖον πρῶτον εἰς φιλοσοφίαν παρώρμη-

cogere tentavimus, ut ex omnibus alicui notum fit unde primum philofophia ad Graecos pervenerit, qui ipfam introduxerint, qui denique doctrina aeftimati fuerint praecellere ceteris qui ad haec animum appulerunt.

Caput II.

De fucceffione philofophorum.

Primus eft igitur, ut quamplurimi augurantur, qui philofophiam difciplinam apud Ionas introduxit Thales Milefius, a quo et fapientiam quae ejus aetatis fuit Ionicam omnes appellant. Huic familiaris factus Anaximander eodem modo philofophatus eft, qui Anaximenem doctrinae fuae aemulum fucceflorem conftituit et Anaxagorae praeceptorem fieri curavit. Hic Mileto relicta venit Athenas et Archelaum Athenienfem primum ad philofophiam con-

Ed. Chart. II. [22.] Ed. Bas. IV. (424.)

στη. οὗπερ Σωκράτης ἀκροατὴς κατὰ τὰ πολλὰ καὶ τῶν ὕστερον γεγονότων καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὸν αἴτιος τοῦ φιλοσοφεῖν εἰλικρινῶς γέγονε. καὶ τοὺς ἐπιγενομένους σχεδὸν ἅπαντας, ὡς εἰπεῖν, φιλοσοφίας ἐπιθυμητὰς ἀπέφηνε. τῶν δὲ Σωκρατικῶν πολλῶν γεγονότων ἀναγκαῖόν ἐστι νῦν μόνον ποιήσασθαι μνήμην τῶν κατὰ διαδοχὴν λελοιπότων. Πλάτων τοίνυν μάλιστα διενήνοχε τῶν ἄλλων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἐλθών, ὡς ἂν φαίη τις ἀνεπίφθονον Σωκρατικὴν μαρτυρίαν παρεσχηκὼς τῆς ἀρχαίας δεχομένης ἀκαδημίας καὶ ἦρξε διαβεβοημένος. Σπεύσιππος μὲν οὖν χρόνον τινὰ βραχὺν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως διαμεμενηκὼς, ἀρθριτικοῖς δὲ νοσήμασι περιπεσὼν Ξενοκράτην ἀντ᾽ αὐτοῦ κατέστησε τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων ἐξηγητήν. μετὰ δὲ τοῦτον Πολέμων, ἐπεὶ καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τοὺς λόγους τοῦ Πλάτωνος καὶ Κράτητος γέγονε καθηγητής· εἰς ὃν κατέληξεν ἡ ἀρχαία ἀκαδημία. τοῦ δὲ Κράτητος ἀκουστὴς ἦν Ἀρκεσίλαος καὶ τὴν μέσην ἀκαδημίαν καὶ τὴν ἐποχὴν ἐπινενόηκεν, ὥς τις μέχρι σιγῆς ἐπινενόηκε. τούτου δὲ Καρνεάδης κατέστη διάδοχος, τῆς

citavit. Cujus auditor fuit Socrates qui in multis posteris et coaevis causa fuit ut sincere philosophiae incumberent. Qui namque ad ipsum accedebant prope omnes, ut dicitur, philosophiae desiderio inflammatos dimisit. Quum autem Socratici multi exstiterint, necesse est nunc solum eorum mentionem facere, qui ejusdem *sectae* relicti fuere successores. Plato igitur plurimum ceteris praecelluit philosophiae adyta ita penetrans, ut quis diceret, invidia superata Socratici nomen assequutus est, susceptae veteris academiae princeps fuit fama celebratissimus. Speusippus autem brevi aliquo tempore eadem in secta mansit, sed arthriticis morbis obsessus in suum locum Xenocratem dogmatum Platonicorum interpretem constituit. Huic autem successit Polemon qui jurabat in verba Platonis necnon Crantoris praeceptor factus est, in quo vetus academia finem habuit. Crantoris auditor fuit Arcesilaus qui mediam academiam invexit et epochen, hoc est tacitam sententiam, excogitavit. Hujus Carneades successor constitutus

νέας ἀκαδημίας τὰς ἀρχὰς συνεώρακεν. οὗ Κλειτόμαχος μετέσχεν. εἰσὶ δὲ πρὸς ταύτας πάσας ἀκαδημίαι δύο νεώταται. ὧν τῆς μὲν προτέρας προέστη Φίλων, Ἀντίοχος δὲ τῆς ἐφεξῆς. ἡγοῦμαι δὲ τῶν Σωκρατικῶν πάνυ πολλῶν γενομένων, ὅτι πολλοῖς μὲν ἴσος, οὐδενὸς δὲ καταδεέστερος Ἀντισθένης ἦν, ὅς τὴν Κυνικὴν εἰς τὸν βίον παρήγαγε. οὗ Διογένης γέγονε ζηλωτὴς καὶ προσωμοιώθη κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα. τούτου δὲ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀκήκοεν. ὃς καὶ τὴν Στωϊκὴν φιλοσοφίαν ἐξεῖρεν. οὗ μετειλήφει τῶν λόγων Κλεάνθης. καὶ τούτου Χρύσιππος ἀκροώμενος τὴν ὁμοίαν ἀγωγὴν μετελήλυθε. τοῦ δὲ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἀκροατὴς γεγονὼς Ἀντιπάτρου καθηγητὴς γέγονε. τούτου δὲ Ποσειδώνιος ἠκροᾶτο. Ἀρίστιππος δὲ Κυρηναῖος ὢν τῆς Σωκρατικῆς ἀκροάσεως μετέσχεν. ἀφ᾽ οὗ τὴν Κυρηναικὴν φιλοσοφίαν ἔγνωμεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν Μεγαρικῶν Ἐριστικὴν δίκαιον παριδεῖν, ὡς τῶν Σωκρατικῶν οὐδενὸς δεύτερος τὴν διάνοιαν γεγονώς. ὃς Στίλπων Μεγαρικὸς τῶν αὐτῶν δο-

novae academiae principia lustravit, quem sequutus est Clitomachus. Sunt vero praeter has omnes duae recentissimae academiae, quarum priori Philo praefuit, posteriori Antiochus. Quum autem permulti exstiterint Socratici, plerisque aequalem, inferiorem nemini fuisse Antisthenem arbitror, qui Cynicam *philosophiam* vitae addidit, cujus Diogenes factus est sectator ac in vitae institutis similis. Hunc Zeno Citieus audivit, qui et Stoicam philosophiam adinvenit. Zenonis hujus sententias excepit Cleanthes et hujus Chrysippus auditor simile vitae institutum sequutus est. Chrysippi Diogenes Babylonius auditor factus Antipatri praeceptor fuit. *Antipatrum* audivit Posidonius. Aristippus autem Cyrenaeus a quo philosophiam Cyrenaicam accepimus Socraticae auscultationis fuit particeps. Sed neque aequum est contentiosam *dialecticam* Megarensium philosophiam spernere, quam incepit Euclides Megarensis qui Stilponem docuit quique nulli Socraticorum ingenii subtilitate inferior factus est. Eorundem dogmatum

γμάτων εὑρετὴς ἦν. τοῦτον δὲ Μενέδημος ὁ Ἐρετριεὺς διέδεκτο, ἀφ᾽ οὗ Ἐρετρικὴ φιλοσοφία ἐπικέ- [23] κληται. Φαίδωνα τὸν Ἠλεῖον οὐδεὶς ἠγνόησε τῶν Σωκρατικῶν εἰς πρώτους ἥκειν ὑπειλημμένον. οὗπερ Ἀνάξαγόρας ὁ Ἀβδηρίτης τῶν λόγων εἰς μίμησιν ἀφικόμενος τῷ Πύῤῥωνι καθηγήσατο Σκεπτικῆς ὢν φιλοσοφίας. Ἀριστοτέλης δὲ Πλάτωνος πάνυ πολὺν χρόνον συνδιαγεγονὼς δόγμασιν, ἑτέροις ἑαυτὸν προσνενέμηκεν. ὅσπερ Θεόφραστον προεστήσατο τῆς κατ᾽ αὐτὸν αἱρέσεως καὶ τὸν Στράτωνα προσήγαγεν εἰς ἴδιον τινὰ χαρακτῆρα φυσιολόγως. Ἐπίκουρος δὲ κατολιγωρήσας, ὥς τινες ὑπειλήφασι, τῆς κατὰ φιλοσοφίαν σεμνότητος ἐπί τινα τρόπον μετελήλυθεν, οὐ πάνυ παρὰ τοῖς ἀκριβέσι τῶν φιλο- (425) σόφων εὐδοκιμώτατον. τούτου δὲ Μητρόδωρος ἠκροᾶτο καὶ Ἕρμαχος ὁ αὐτὸν Ἐπίκουρον διαδεξάμενος.

Περὶ εἰδῶν τῶν φιλοσόφων.

Εἰσὶ δὲ τῶν γενικωτέρων φιλοσόφων εἴδη δύο, Ἰταλικὸν καὶ Ἰωνικόν. ἀλλὰ περὶ τοῦ μὲν Ἰωνικοῦ ἱκανῶς πρότερον

inventor fuit Stilpo Megaricus, quem fequutus eft Menedemus Eretrienfis, a quo Eretrica philofophia denominata eft. Phaedonem Elienfem primas obtinuiffe inter Socraticos nullus ignoravit, cujus rationes quum memoriae mandaffet Anaxagoras Abderites Pyrrhonem docuit auctorem Scepticae philofophiae. Ariftoteles autem quum diu Platonis placitis adhaefiffet, aliis poftea feipfum addixit, qui Theophraftum fuae fectae praefecit, qui et Stratonem adduxit ad peculiarem quandam fpeculationis phyficae formulam. Epicurus autem, ut nonnulli tradiderunt, fpreta philofophiae gravitate ad quandam difciplinae rationem devenit ab accuratis philofophis non omnino approbatam. Hunc Metrodorus audivit et Hermachus, qui Epicuro fucceffit.

De generibus philofophorum.

At duo funt celebrium philofophorum genera, Ionicum et Italicum. At de Ionico multa fatis jam dicta funt.

εἴρηται· τοῦ δ' Ἰταλικοῦ τοῦ μὲν κατὰ τὸν Κρότωνα καὶ Τάραντα ἀκμάσαντος ὁ Πυθαγόρας εὑρετὴς γεγένηται. καὶ τὸ κατὰ τὴν Ἐλαίαν ἀκμάσαν. ταύτης δὲ λέγεται κατάρξαι Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἀπορητικῆς μᾶλλον ἢ δογματικῆς τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκῶν. μετὰ δὲ τοῦτον τοῖς αὐτοῦ βουλήμασιν εὐαρεστηθεὶς Μέλισσος καὶ Παρμενίδης, ὅς τῶν ἀφανεστέρων ἀποβεβηκέναι δοκεῖ. Ζήνων δὲ ὁ Ἐλεάτης τῆς ἐριστικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς μνημονεύεται γεγονώς. τούτου δὲ Λεύκιππος Ἀβδηρίτης ἀκουστὴς τὴν τῶν ἀτόμων εὕρεσιν ἐπινενόηκε πρῶτος. Δημόκριτος δὲ παρ' αὐτοῦ τὸ δόγμα παρειληφὼς μᾶλλον ἐκράτυνεν, οὗ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ζηλωτὴς, ὃς καὶ συστάτης τῆς κατὰ φιλοσοφίαν τέχνης.

Κεφάλαιον γ'.

Περὶ τῶν ἐπωνυμιῶν τῆς φιλοσοφίας.

Ὡρίσθη δὲ τῶν φιλοσοφιῶν ἡ μὲν ἐξ ἀνδρὸς ὥσπερ ἡ κατ' Ἐπίκουρον συμβέβηκεν καὶ ἡ κατὰ Πυθαγόραν, ἡ

Italici vero, ejus quidem quod Crotone et Tarento viguit, princeps extitit Pythagoras; ejus autem quod Elaeae floruit Xenophanes Colophonius princeps fuit, qui dubitatoriae potius quam dogmaticae philofophiae fectator plerisque effe videbatur. Poftea vero hujus placitis delectati funt Meliffus et Parmenides, quem rerum abditarum notitiam adeptum fuiffe ferunt. Sed Zeno Eleates contentiofae philofophiae princeps fuiffe commemoratur. Hujus auditor Leucippus Abderites primus atomorum inventionem excogitavit. Ab eo vero depromptum dogma Democritus id magis ftabilivit. Democriti fucceffor aemulus fuit Protagoras Abderites, qui oratoriam artem philofophiae conjunxit.

Caput III.

De cognominibus philofophiae.

At philofophia quaeque finita eft partim quidem a viro *praeceptore*, quemadmodum Epicurea quae ab Epicuro, *et Pythagorica quae a Pythagora*, *partim ab auctorum*

δὲ ἐκ τῆς πατρίδος, ὥσπερ ἡ Ἐρετρικὴ ἥ τε Μεγαρική· ἐκ τέλους καὶ δόγματος, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονική. ὁ γὰρ Ἀνάξαρχος τέλος τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἐναγωγῆς τὴν εὐδαιμονίαν ἔλεγεν· ἡ δὲ ἐξ ἐνεργείας, ὡς ἡ περιπατητική· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης κατὰ τοὺς περιπάτους συνουσίας πρὸς ὁμιληιὰς ποιούμενος τῆς ἐπωνυμίας ταύτης κατηξίωκε τὴν κατ᾽ αὐτὸν φιλοσοφίαν. ἡ δὲ δι᾽ ἔνστασιν, ὡς Κυνικὴ, διαλεκτική· ἡ δ᾽ ἀπὸ μέρους τῆς φιλοσοφίας ὁ μάλιστ᾽ ἐπιτήδευσαν, ὡς διαλεκτική· ἡ δ᾽ ἀπὸ τόπου, ὡς Στωϊκὴ καὶ ἀκαδημαϊκή· ἡ δὲ ἀπὸ διαθέσεως, ὡς Σκεπτική· ἡ δὲ ἐξ ἀνδρὸς καὶ δόγματος καὶ πατρίδος καὶ τέλους ὡς ἡ κατὰ Ἀρίστιππον μὲν ἀπὸ τοῦ εὑρηκότος, Κυρηναϊκὴ δὲ, ἀπὸ τῆς πόλεως ἧς ἐκεῖνος μετεῖχεν, ἡδονικὴ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς κατ᾽ αὐτὸν φιλοσοφίας, τὸν γὰρ Ἀρίστιππον τὴν ἡδονὴν προσκεκλῆσθαι μᾶλλόν τινες ὑπενόησαν μηδὲ τὴν ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἡδονὴν, ἀλλὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν, δι᾽ ἧς γίνεταί τις ἀνάλγητος καὶ δυσγοήτευτος.

patria ut Eretrica, Megarica, partim a fine ac dogmate, ut Eudaemonica. Anaxarchus ſiquidem ſuae probae inſtitutionis finem eſſe felicitatem dicebat. Partim ab actione ut peripatetica; Ariſtoteles namque quod deambulando familiarem ad diſcipulos ſermonem haberet hoc cognomine ſuam philoſophiam appellandam cenſuit. Partim a pugnaci contentione, ut Cynica et dialectica. *Partim a parte aliqua philoſophiae,* cui prae ceteris operam dederint, ut dialectica. Partim a locis in quibus diverſabantur, ut Stoica et academica. Partim ab affectu quo docentes utebantur, ut ſceptica. Partim ab auctore, dogmate, fine et patria ſimul, ut quam Ariſtippus introduxit, quae quidem ab ipſo inventore Ariſtippica dicta eſt, Cyrenaica vero ab ejus patria quam ille habuit, voluptuaria denique a fine ſuae philoſophiae. Ariſtippum tamen voluptatem accuſaſſe et damnaſſe potius ſuſpicati ſunt nonnulli. Et voluptatem appellaſſe putarunt non illam quae ex ſenſuum actione oritur delectationem, ſed eum animi ſtatum qui moleſtia careat nullisque mulceatur illecebris.

Περὶ τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας.

Τὸ λογικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ τῶν ὕστερον γεγονότων προτέτακται ἡγουμένων δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀκριβῶς φιλοσοφεῖν, μὴ πρότερον τοῖς ἄλλοις μέρεσιν ἐπιχειρεῖν, πρὶν ὅ τι τούτων ἕκαστόν ἐστι [24] γιγνώσκειν· οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν τὴν φιλοσοφίαν εἶναι δύναμιν γνωστικὴν καὶ περιποιητικὴν ἀρίστου βίου, ἄριστον βίον εἰπόντες τὸ ζῆν ἕκαστον κατ᾽ ἀρετήν. οἱ δὲ ἄσκησιν ἀνθρώποις ἀρίστης ζωῆς ἐπιτηδείου τέχνης ὡρίσαντο· ἄσκησιν μὲν τὴν φιλοσοφίαν πάντες ἐπιτήδειον τέχνην τὴν σοφίαν νομίσαντες, ἥτις ἐστὶ κατάληψις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οἱ δὲ θεωρητικὴν ἕξιν τῶν αἱρετῶν καὶ φευκτῶν ὑπέλαβον χρῆναι μᾶλλον ὀνομάσαι αὐτὴν, αἱρετὰ μὲν τὰ ἀγαθὰ φήσαντες εἶναι, φευκτὰ δὲ τὰ κακά· τὸ ἀγαθὸν τὸ δι᾽ ἑαυτοῦ αἱρετὸν ὠφελείας τῷ μετιόντι γιγνόμενον αἴτιον, κακὸν δὲ τὸ δι᾽ ἑαυτοῦ ἐκκλινόμενον βλάβης καθιστάμενον αἴτιον.

De logica philoſophiae parte.

Logicam philoſophiae partem ortu poſteriorem, ordine priorem poſteriores philoſophi conſtituerunt arbitrantes accurate philoſophaturos oportere non prius aliis partibus operam navare quam *diſceptandi peritiam adepti ſint* et quid ſit eorum *quae ſunt* unumquodque cognoverint. Quidam enim aſſeruerunt philoſophiam eſſe facultatem cognoſcendi et efformandi optimam vitam. Optimam autem vitam eſſe dixerunt unumquemque ſecundum virtutem vivere. Quidam vero exercitationem artis hominibus ad optimam vitam efformandam neceſſariae definierunt. At exercitationem quidem philoſophiam omnes exiſtimant; idoneam vero artem ſapientiam, quae divinarum humanarumque rerum comprehenſio eſt. Quidam vero ſpeculativum habitum eligendi et vitandi quod magis oporteat conjectarunt ipſamque nominarunt. Eligenda quidem et bona eſſe; fugienda vero et mala cenſuerunt. Bonum enim eſſe quod propter ſe ſequendum eſt et comparatum, poſſidenti utilitatis cauſa fit, malum vero quod propter ſe fugiendum et obtentum damni cauſa eſt.

Περὶ μερῶν τῆς φιλοσοφίας.

Μέρη δὲ τῆς φιλοσοφίας κατὰ τοὺς πλείστους ἀκριβεστάτους εἶναι δοκοῦντας τρία παρειλήφαμεν, τό τε λογικὸν, δι᾽ οὗ καταμανθάνομεν τῶν ὄντων ἕκαστον κατ᾽ οὐσίαν καὶ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὰς διαφορὰς τούτων πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ τοιαῦτα γινώσκομεν· καὶ τὸ φυσικὸν, δι᾽ οὗ πέρ ἐστι καθορᾷν τίς ἡ τοιαύτη αἰτία τοῦ τάξει προϊέναι τῶν οὐρανίων τὴν κίνησιν ὅσα φαίνεσθαι δοκεῖ, καὶ τίνες αὐτῶν ταχυτῆτες ἢ βραδυτῆτες πρὸς ἄλληλα καὶ ὅσα τούτων ἐστὶν ὅμοια· καὶ τρίτον τὸ πάντων ἀναγκαιότατον καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι χρησιμώτατον, τὸ ἠθικὸν, δι᾽ οὗ μανθάνομεν ἀλλήλοις ὁμιλεῖν καὶ συμβάλλειν προσηνῶς· καὶ τοὺς μὲν θρασυτάτους ὑπερορᾷν οὐ μισοῦντες, ἀλλὰ γελῶντες καὶ ἐλεοῦντες, τοὺς δὲ σπουδαιοτάτους καὶ ἐπιεικεστάτους στέργοντες. τούτων μὲν τὸν βίον ῥᾷον ἀσκεῖν καὶ βέλτιον τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐντεύξεις ἀγαθὰς ποιουμένων. ἐκείνων δὲ τὸ ἦθος δυσπρόσοδον καὶ παντάπασιν ἀνομίλητον τὸν βίον ἀπεργαζομένων.

De philoſophiae partibus.

At philoſophiae partes quae ex ſententia plurium abſolutiſſimae eſſe creduntur tres deprehendimus; primam logicam *rationalem,* qua entium quodque ſecundum ſubſtantiam et ſecundum accidens, mutuas eorum differentias perdiſcimus et alia conſimilia cognoſcimus. Secundam phyſicam *naturalem* per quam conſpicere licet, quaenam ea cauſa ſit qua et ordine coeleſtium corporum quaecunque apparere videntur motus procedit et quae ſit ipſorum inter ſe tarditas aut velocitas et quaecunque his ſunt ſimilia. Tertiam omnium maxime neceſſariam vitaeque inſtitutis utiliſſimam moralem, qua mutuo colloqui et placide converſari diſcimus; temerarios autem ac elatos non odio proſequendo, ſed eludendo ac miſerando contemnere, bene moratos vero ac manſuetos diligere. At facilius eſt eorum ſectari vitam qui mutuas easque probas conſuetudines melius inſtituunt, quam illorum qui conſuetudinem acceſſu difficilem prorſusque ab omni ſocietate alienam inducunt.

Περὶ αἱρέσεων.

Τὴν αἵρεσιν ὑπολαμβάνουσί τινες εἰρῆσθαι τριχῶς, κοινῶς καὶ ἰδίως καὶ ἰδιαίτατα. κοινῶς μὲν τὴν ἔν τινι πράγματι τῶν κατὰ τὸν βίον σύνθεσιν, ἰδίως δὲ τὴν ἐν τέχνῃ, ἰδιαίτατα δὲ τὴν ἐν φιλοσοφίᾳ· κατ' ἔννοιαν δὲ τὴν αἵρεσιν εἶναι πρόβλησιν δογμάτων πολλῶν πρὸς ἄλληλα συμφώνων καὶ πρὸς ἓν τέλος ἀναφερόντων. τέσσαρες δὲ εἰσὶν, ἃς γενικωτάτας νομίζουσιν οἱ περὶ τούτων διειληφότες, μίαν μὲν τὴν δογματικὴν τοῖς πολλοῖς κατατιθεμένην καὶ βεβαιοτέραν, τὴν σκεπτικὴν τὴν περὶ πάντων ζητητικήν· πρὸς δὲ τούτοις εἶναι τρίτην τὴν ἐριστικὴν τὴν διὰ σοφισμάτων νικᾷν ἐν τοῖς νείκεσιν ἐσπουδακυῖαν. σοφίσματα δὲ τοιαῦτα νομίζουσιν οἷον· ὅπερ εἰμὶ ἐγὼ οὐκ εἶ σὺ, ἄνθρωπος δὲ εἰμὶ, σὺ ἄρα οὐκ ἄνθρωπος· καὶ τοὺς τοιούτους μειρακιώδεις λόγους καὶ ἐριστικούς. μικτὴν δ' αἵρεσιν προσειρήκασι τὴν τισὶ μὲν δόγμασι κατατιθεμένην, περὶ πολλῶν δ' ἠπορηκυῖαν καὶ μὴ πάντα διεξιοῦσαν συγ-

De fectis.

Sectam aliqui tribus modis dici arbitrantur, communiter, proprie et propriiffime. Communiter quidem opinionum confpirationem effe aliquam in re quae ad vitam degendam fpectat; proprie vero confenfum in arte; propriiffime autem confenfum in philofophia. Ex notione vero fectam effe afferunt collectionem multorum dogmatum fibi invicem concordantium et ad unum finem tendentium. Quatuor autem fectae funt quas maxime generales exiftimant ii qui de earum diftinctione curam fufceperunt. Una eft dogmatica quae in multis pofita et ftabilior eft; altera fceptica quae de omnibus rationes inquirit. Tertia praeterea eft contentiofa quae fophifmatis fuperior effe in concertationibus ftudet. Sophifmata autem ejusmodi exiftimant ut: quod ego fum tu non es: at homo fum: ergo tu non es homo: et id genus alias pueriles et litigiofas ratiocinationes. Quartam denique fectam mixtam appellarunt, quae quibusdam in decretis collocata eft ac

καταθετικῶς. εἶναι δὲ δογματικοὺς τοὺς τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ τῷ Ἐπικούρῳ προωρισμένους, σκεπτικοὺς δὲ Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην καὶ Ἀνάξαρχον τὸν Ἀβδηρίτην καὶ τὸν ἄγαν ἠκριβωκέναι τὴν ἀπορητικὴν ἀποληφθέντα Πύῤῥωνα· ἐριστικοὺς δὲ κεκλήκασιν Εὐκλείδην καὶ Μενέδημον καὶ Κλειτόμαχον. τοὺς δὲ κατὰ μικτὴν αἵρεσιν μετεληλυθότας ὑπάρχειν Ξενοφάνην μὲν περὶ πάντων ἠπορηκότα, δογματίσαντα δὲ μόνον τὸ εἶναι πάντα ἓν καὶ τοῦτο ὑπάρχειν [25] θεὸν πεπερασμένον, λογικὸν, ἀμετάβλητον. τὸν δὲ Δημόκριτον ὁμοίως περὶ μὲν τῶν ἄλλων μηδενὸς ἀποφηνάμενον, ἔνδειγμα δὲ καταλέλοιπε τὸ περὶ τῶν ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ καὶ τοῦ ἀπείρου.

Τίς ἀρχὴ φιλοσοφίας;

Ἀρχὴ δὲ λέγεται τριχῶς· ἡ μὲν ὡς αἰτιώδης, ἡ δὲ ὡς ἐν τρόπῳ συστάσεως, ἡ δὲ ἀποδείξεως. αἰτιώδης μὲν οὖν ἐστιν ἀρχὴ, ὅταν ζητήσωμεν τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ πεποιηκὸς

de multis dubitat neque omnia ut approbet edifferit. Dogmaticos autem Pythagoram *Samium* et Epicurum *Athenienfem* effe ftatuunt. Scepticos vero Zenonem Elaeatem et Anaxarchum Abderitam et Pyrrhonem, qui quum aporeticam *dubiam* fectam effet amplexus, eam quam accuratiffime coluit. Contentiofos vero appellarunt Euclidem et Menedemum et Clitomachum. Mixtae autem fectae fectatores effe Xenophanem, qui de omnibus dubitavit ac tantum decrevit omnia unum effe idque *unum* effe deum et finitum et ratione praeditum et immutabilem, atque Democritum fimili modo qui de nulla re alia fuam protulit fententiam, fed de atomis, de vacuo et de infinito documentum reliquit.

Quodnam fit philofophiae principium?

Principium tribus modis dicitur, primum ut caufale, fecundum ut per modum conftitutionis, tertium demonftrationis. Caufale igitur principium eft quum inveftiga-

εἰς ἐπίνοιαν τοὺς πρώτους ἐλθεῖν φιλοσοφίας· ἐν τρόπῳ δὲ συστάσεως ὅταν ζητήσωμεν ποῖον μέρος ἐστὶ πρῶτον ὃ ἐκ τῆς τέχνης συνέστηκεν· ἀποδείξεως δὲ, ὅταν τὰ ὑφ' ἡμῶν κατασκευαζόμενα ἀποδείκνυμεν· αἰτία δὲ φιλοσοφίας εὑρέσεώς ἐστι κατὰ μὲν Ξενοκράτη τὸ ταραχῶδες ἐν τῷ βίῳ καταπαῦσαι τῶν πραγμάτων.

Κεφάλαιον δ'.

Περὶ σημείου.

Σημεῖον τοίνυν οἱ μὲν διαλεκτικοί φασιν ἀξίωμα ἐν ὑγιεῖ συνημμένον καὶ ἡγούμενον ἐγκαταληπτικὸν τοῦ λήγοντος. τῶν δὲ σημείων τὰ μέν ἐστιν ἐνδεικτικὰ, τὰ δὲ ὑπομνηστικά· ἐνδεικτικὸν μὲν οὖν ἐστιν ὅπερ παρατίθεικε τὸ σημειούμενον ἅμα τῷ φανῆναι τὸ σημεῖον καὶ τοῦ εἰς γνῶσιν σημειουμένου ἡμᾶς ἀγαγεῖν. ὁποῖόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ καπνοῦ. τοῦτον γὰρ ἰδόντες εὐθὺς γινώσκομεν ὅτι ἐκ πυρὸς

mus, quid fit quod primos homines in philofophiae opinionem venire impulerit. Per modum autem conftitutionis feu conftituendi principium quum quaerimus qualis fit pars quae prior in artem redacta fuit. Demonftrationis vero quum quae a nobis inventa funt, ea demonftramus. Porro inventionis philofophiae caufa eft fecundum Xenocratem quidquid eft in vita turbulentum placare.

Caput IV.

De figno.

Signum definiunt dialectici enunciatum fanae menti confentaneum et antecedens concludens quod confequitur. Signorum vero alia funt indicantia, alia vero admonentia. Signum indicans eft quod rem fignificatam ita proponit, ut fimul ac illud confpectum eft in rei fignificatae cognitionem nos adducat, quale in fumo fignum eft. Eo namque confpecto protinus quod ex igne ortum ipfe habeat

γεγονώς ἐστιν. ὑπομνηστικὸν δέ ἐστι σημεῖον, ὃ μὴ πρότερον παρατηρηθέντος τοῦ σημείου τοῦ διαφανέντος εἰς γνῶσιν οὐκ ἀφικόμεθα τοῦ σημειουμένου, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γάλα ἐχούσης εὐθὺς γινώσκομεν ὅτι τετοκυῖά ἐστι.

(426) Περὶ συλλογισμοῦ.

Συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος διδομένων ἀποκρίσεων περὶ τῶν διαλεγομένων συνάγων συμπέρασμα ἀπροσδόκητον, ὡς ἐν τῇ πολιτείᾳ παρὰ Πλάτωνι. τοῦ γὰρ Θρασυμάχου εἰρηκότος ὅτι τὸ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον ποιεῖν· καὶ τοῦτο κρατεῖ ἐν ἑκάστῃ πόλει τὸ ἄρχον· οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσι ἑκάσταις οἷοί τε καὶ ἁμαρτεῖν καὶ τὰ αὐτοῖς ἀξύμφορα κελεύειν τοὺς ἥττους τε καὶ ἀρχομένους ποιεῖν. συνάγει ὁ Σωκράτης ὅτι καὶ δίκαιόν ἐστι τὸ αὐτοῖς προστάττουσι μὴ ξυμφέρον ποιεῖν.

Περὶ ὅρου.

Ὅρος δέ ἐστι λόγος σύντομος εἰς γνῶσιν ἡμᾶς ἄγων ἑκάστου πράγματος, ἢ λόγος διὰ βραχείας ὑπομνήσεως ἐμ-

cognofcimus. Signum admonens eft quo non nifi prius obfervato figno apparenti in rei fignificatae cognitionem devenimus, ut quae lac habet eam illico peperiffe intelligimus.

De fyllogifmo.

Syllogifmus eft oratio quae ex conceffis refponfionibus de iis quae differuntur inexfpectatam conclufionem colligit, ut apud Platonem primo de republica. Thrafymacho enim concedente juftum effe potentioris utilitatem praeftare: et id potentius effe quod imperium habet in quaque civitate: principes autem civitatum fingularum poffe quoque aberrare ac fibi inutilia facienda imperare fubditis. Colligit Socrates id quoque juftum effe ipfis magiftratibus utilitatem non praeftare.

De definitione.

Definitio autem oratio eft concifa quae nos ducit in cognitionem uniuscujusque rei. Vel definitio eft oratio,

φανὲς ἡμῖν ἀπεργαζόμενος τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα· τῶν δὲ ὅρων οἱ μὲν εἰσὶν οὐσιώδεις, οἱ δὲ ἐννοηματικοί.

Περὶ διαιρέσεως.

Τὴν διαίρεσιν ὑπολαμβάνουσι χωρισμὸν εἶναι τῶν συνεληλυθότων εἰς ἕν· διαιρεῖσθαι δὲ νομίζουσιν ὀνόματα εἰς σημαίνοντα καὶ ἄσημα καὶ ὅλον εἰς μερικὰ μέρη καὶ γένη εἰς εἴδη, διαφορὰς εἰς τὸ καθ' ἕκαστον καὶ εἰς συμβεβηκότα.

Περὶ κριτηρίου.

Κριτήριόν ἐστι πράγματος διαγνωστικὴ κατανόησις. κριτήριον δέ ἐστι διττόν. τό τε ᾧ χρώμενοι βιοῦμεν καὶ τὸ περὶ ὑπάρξεως καὶ ἀνυπαρξίας. λέγεται δὲ τὸ κριτήριον τριχῶς, κοινῶς, ἰδίως, ἰδιαίτατα.

quae brevi commemoratione rem propofitam nobis dilucidam efficit. At definitionum aliae quidem funt effentiales, aliae vero notionales, *fpeculativae et accidentales.*

De divifione.

Divifionem exiftimant eorum quae in unum coierint fejunctionem diftinctionemve effe. Dividi vero cenfent nomina in fignificantia et non fignificantia, totum in particulares partes, genera in fpecies et differentias in fingularia et *haec in accidentia, accidentia in feipfa tum in fubjecta.*

De judicio.

Judicium eft rem difcernens animadverfio. Duplex autem eft judicium, alterum cujus ufu vitam ducimus, alterum quo res exiftere vel non exiftere dijudicamus. Dicitur vero judicium tribus maxime modis, communiter, proprie et maxime proprie.

Περὶ ἀληθοῦς.

Ἀληθές ἐστι τὸ ἀντικείμενόν τινι. διηλλαγμένον δὲ τὸ ἀληθὲς τῆς ἀληθείας τριχῶς, οὐσίᾳ, συστάσει, δυνάμει· οὐσίᾳ μὲν ἐπειδὴ τὸ ἀληθὲς ἀσώματόν ἐστιν. ἀξίωμα γάρ ἐστι καὶ λεκτόν. ἡ δὲ ἀλήθεια σῶμά ἐστιν. ἐπιστήμη γὰρ πάντων ἐστὶν· ἀληθῶν δ' ἐπιστήμη. πῶς ἡγεμονικόν ἐστι. τὸ δὲ ἡγεμονικὸν πνεῦμα εἶναι δοκεῖ, ὅπερ σωματοφυὲς μάλιστα ἂν εἰκότως δοκῇ. τῇ δὲ συστάσει διήλλακται ταῦτα τῷ τὸ μὲν ἀληθὲς δῆλον εἶναι. οἷον ἐγὼ διαλέγομαι τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν εὑρῆσθαι περιληπτικὴν οὖσαν πάντων ἀγαθῶν. δυνάμει δὲ ἐξήλλακται τῷ τὸ μὲν ἀληθὲς καὶ φαύλῳ τινὶ ἐπιγίνεσθαι. λέγει γάρ ποτε ἀληθῶς καὶ ὁ μὴ πάνυ ἐσπουδασμένος. τὴν δὲ ἀλήθειαν μόνην ἔντροφον εἶναι τοῖς τρόπον εἶναι σπουδαίοις.

(429) Περὶ ἀποδεικτικῆς.

Ἐπειδὴ δοκεῖ τῷ λογικῷ μέρει τῆς φιλοσοφίας προσήκειν ὁ περὶ τῶν ἀποδείξεων λόγος, εὔλογόν ἐστι καὶ περὶ

De vero.

Verum eſt quod alicui oppoſitum *cum re convenit.* Differt autem verum a veritate ſubſtantia, conſtitutione, potentia. Subſtantia quoniam verum incorporeum eſt, effatum enim eſt et dictum, veritas autem corpus: nam omnium rerum ſcientia eſt ac praecipue verarum. Princeps facultas ſpiritus eſſe videtur qui merito corporeus exiſtimatur: conſtitutione vero haec differunt quia evidens eſt, ut ego diſputo ideo veritatem nobis eſſe indagandam, quod univerſa comprehendat: potentia quoniam verum peſſimo cuique ineſt: nam vera interdum dicit vel mediocriter literis inſtructus: veritas autem nonniſi probis et eruditis viris ineſſe poteſt.

De demonſtratione.

Quandoquidem ad rationalem philoſophiae partem ſpectare videtur ſermo de demonſtrationibus, conſentaneum

τούτων εἰπεῖν· ἀποδείξεις καλῶ συλλογισμοὺς τοὺς διὰ τὰς ἐναργεῖς πρόθεσιν καὶ λῆψιν συμπέρασμα ἀποδεικνύντας. ἢ οὐ δεομένους ἑτέρου μηνύματος. εἰσὶ δὲ οἵδε, πρῶτος ὁ ἐκ συνημμένου τοῦ ἡγουμένου τὸ λῆγον ἐπιφέρων, οἷον, ἡμέρα ἐστὶν, ἄρα φῶς ἐστι. δεύτερος δὲ ὁ ἐξ ἡγουμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου τοῦ λήγοντος τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἡγουμένου ἐπιφέρων, οἷον εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι· φῶς οὐκ ἔστι, ἄρα γ' ἡμέρα οὐκ ἔστι. τρίτος δὲ ὁ ἐξ ἀποφατικῆς συμπλοκῆς καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῇ συμπλοκῇ τὸ ἀντικείμενον τὸ λοιπὸν ἐπιφέρων. οἷον εἰ οὐχὶ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ ἐστι· ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστὶν, νὺξ ἄρα οὐκ ἔστι. τέταρτος δέ ὁ ἐκ διεζευγμένου καὶ ἑνὸς τῶν ἀντικειμένων τὸ λοιπὸν ἐπιφέρων. ἢ ἡμέρα ἐστὶ ἢ νὺξ ἐστιν. ἀλλὰ μὴν ἡμέρα οὐκ ἔστι, νὺξ ἄρα ἐστί. πέμπτος ὁ ἐκ διεζευγμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου ἑνὸς τῶν ἐν τῷ διεζευγμένῳ τοῦ ἀντικειμένου τὸ λοιπὸν ἐπιφέρων. οἷον εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νύξ οὐκ ἐστίν. ἀλλὰ μὴν ἡ νὺξ οὐκ ἔστιν· ἡμέρα οὖν ἔστιν.

eſt de iis verba facere. Demonſtrationes voco ſyllogiſmos, qui ex evidentibus propoſitione et aſſumptione concluſionem inferunt vel qui nulla alia opus habent probatione. Sunt autem ejusmodi. Primus quando ex conjuncto antecedentis conſequens infertur, ut dies eſt, ergo lux eſt. Secundus quando ex antecedenti et oppoſito conſequentis antecedentis oppoſitum infertur, ut ſi dies eſt, lux eſt, atqui lux non eſt, dies igitur non eſt. Tertius in quo ex negato connexo et unius partis oppoſitio alterius partis oppoſitum deducitur, ut, ſi non dies eſt, nox eſt, ſed dies eſt, igitur nox non eſt. Quartus in quo ex diſjuncto et unius partis oppoſito reliquum infertur, ut, vel dies eſt vel nox eſt. Atqui dies non eſt, igitur nox eſt. Quintus in quo ex diſjuncto et oppoſito uno eorum quae ſunt in diſjuncto oppoſiti reliquum infertur, ut, dies eſt, nox non eſt: atqui nox non eſt: ergo dies eſt.

[428] *Κεφάλαιον ε'.*

Περὶ τοῦ φυσικοῦ.

Ὅσα μὲν εἰκὸς ἦν περὶ τῶν συντελούντων εἰς τὸ λογικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας εἰπεῖν ἐν ἑτέρῳ διῆλθον διὰ πλειόνων. ἡμεῖς δὲ συντομώτατα περὶ τούτων διαλεχθέντες συμμετρίᾳ μὲν ἐπὶ τὰ φυσικώτερα. καὶ περὶ τούτων εἰ λέγοι τις, πᾶσι ῥαδίως ἐπιτιμῶντες μὴ πάνυ δυσχεραίνομεν· καὶ περὶ τούτου δυνατὸν εἶναι νομίζομεν ἐμφανῆ καθεστάναι· καὶ τοῖς πρῶτα μαθοῦσιν οὕτως ἂν ὑπολάβωμεν διὰ ῥαστώνην ὑπάρχειν ἀπὸ τούτων, τὰ προτέλεια τῶν κατὰ φιλοσοφίαν. λαμβάνομεν τοίνυν πρότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τε καὶ τῶν δραστικῶν καὶ τῶν ὑλικῶν ἡγημένων τῆς φυσικῆς πραγματείας. τούτοις μὲν εἰκότως διανοηθέντες ἁρμόττειν νομίζομεν ποικίλα τῶν παλαιῶν φιλοσόφων δόγματα ὑπὲρ ἐκείνων καὶ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ, ὅσπερ δραστικώτατος μέν ἐστι πάντων τῶν ὄντων καὶ τῶν γινομένων αἴτιος

Caput V.

De phyfica feu rerum naturalium fcientia.

Quaecunque igitur par fuit de iis agere quae ad rationalem philofophiae partem attinent, alio in opere pluribus verbis enarravimus. Nos autem pauca de his folummodo perftringentes adhibito quodam difputandi modo ad ea recenfenda properamus, quae de natura rerum antiqui tradidere. Atque de his fi quisquam dicat, licet omnes facile reprehendamus, non molefte tamen feremus et hac de re manifefta conftitui poffe arbitramur et fane primum difcentibus tironibus ab his propter facilitatem philofophiae exordium capiendum cenfuerimus. Initium ergo petemus a primis rerum naturalium principiis tam efficientibus quam materialibus: quae quidem ut par fuit, ubi agitavimus animo, aptum effe et confentaneum judicavimus varias antiquorum de illis philofophorum opiniones ac de deo qui eft prima et efficientiffima rerum om-

Ed. Chart. II. [26. 27.] Ed. Baf. IV. (428.)

καὶ ὡς εἰπεῖν ποιητὴς εἰς μέσον προάγειν. Πλάτων μὲν οὖν καὶ Ζήνων ὁ Στωϊκὸς περὶ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ διεληλυθότες οὐ κόσμον, ἀλλὰ παρὰ ταῦτα διενοήθησάν τι ἄλλο· ὁ μὲν Πλάτων θεὸν ἀσώματον, Ζήνων δὲ σῶμα, περὶ δὲ μορφῆς μηδὲν εἰρηκότες. Ἐπίκουρος δὲ ἀνθρωπόμορφον τοῦτον ὑπέλαβεν. [27] Στωϊκοὶ δὲ ἰδίαν μὲν ἰδέαν οὐκ ἔχειν διηνεκῶς, πνεῦμα δὲ πυρῶδες ὁμοιούμενον πᾶσι ῥᾳδίως οἷς ἂν προεῤῥύη. τόπον δὲ κρατεῖν ὡρισμένον καὶ κινεῖσθαι μεταβατικῶς μὲν Ἐπίκουρος αὐτὸν εἰπεῖν ἐπεχείρησεν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἔμφυτον μὲν διὰ πάντων διήκειν, ὁμοιούμενον δὲ ἑκάστῳ κινούμενον καὶ μεταλλάττειν προνοεῖν τε τῶν ἁπτομένων κατ' ἀρετήν. αὐτοὶ δὲ καὶ τὸν θεὸν διοικητικὸν εἰρήκασι, μηδενὸς δὲ τῶν ἁπάντων ἐπιμέλειαν ἔχειν. Ἐπίκουρος δὲ διισχυρίζεται λέγων τὸ μακάριον καὶ ἀδιάφθαρτον οὔτ' αὐτὸ πραγματείας ἔχειν οὔθ' ἑτέρῳ παρ-

nium quae funt quaeque in dies gignuntur caufa et, ut ita dicam, opifex in medium afferre. Plato fiquidem et Zeno Stoicus de dei effentia difputantes non mundum ipfum effe dixerunt, fed praeter haec omnia quiddam aliud: incorporeum quidem deum effe Plato fentit; corpus vero feu corporeum Zeno afleverat. Tamen de ejus forma nihil ftatuerunt. Epicurus autem humanam ipfum habere figuram credidit. Stoici propriam quidem eum femper non retinere, fed igneus fpiritus cum fit omnium quibus affluxerit formam facile fufcipere illisque fimilem effici, certum et definitum locum habere et digrediendo ipfum moveri Epicurus afleverare conatus eft. Stoici infitum et innatum per omnia penetrare et fingulis rebus feu naturis fimilem effectum cum eisdem et moveri et locum mutare dicunt atque ex ingenita fibi virtute rebus fibi conjunctis profpicere: iidem quoque deum quidem cuncta gubernare dixerunt, fed nullius rei curam peculiariter habere. At vero Epicurus affirmat beatam incorruptibilemque naturam neque ipfam in fe moleftias ullas habere neque alicui alteri negotium facellere, univerfis

ἔχειν, ἀγαθὸν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν θεὸν διατελεῖν. Πλάτων δ' ὑπείληφε καὶ πάντων συλλήβδην τῶν κατὰ τὸν βίον καθηγητικὸν οὐκ ἄλλον νενόμικε. τὸν κόσμον οἱ μὲν γεννητὸν εἶναι νομίσαντες τὸν θεὸν ἔφασαν γεγονέναι τούτου δημιουργόν. ἄλλοι δὲ γεννητὸν εἶναι συγκεχωρηκότες οὐχ ὁμοίως περὶ τοῦ τέλους κεκρίκασιν. ἀλλὰ Πλάτων μὲν ἀνώλεθρον εἶναι νομίζει καὶ ἀθάνατον διὰ τὴν εὐτεχνίαν τοῦ πεποιηκότος. Στωϊκοὶ δὲ φθορᾶς ἐπιδεκτικὸν εἶναι καὶ διὰ πυρὸς εἰς τὸ ἄπειρον χεομένου γίνεσθαι τούτου τὴν μεταβολὴν καί τινα χρόνον τῆς ὕλης ἀναπαυομένης καὶ τῆς ἐπὶ λῆξιν λαμβανούσης· αὖθις δὲ τῶν ὄντων ἀνανεουμένων ἐκ πυρὸς καὶ μεταβαλλόντων κατ' ἀρχὰς εἰς τὴν τῶν ἄλλων στοιχείων φύσιν καὶ πάλιν συγκρινομένων καὶ σωματοποιουμένων ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ τὰ πάντα ἐκ νέας κοσμοποιουμένων. οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ὑπολαμβάνοντες εἶναι τὸν θεὸν ἁπάντων δημιουργὸν αὐτῷ μόνῳ τὴν αἰτίαν τῶν γενομένων προσάπτειν ἐπικεχειρήκασι. Πλάτων δὲ καὶ τὰς ἰδέας εἰσήγαγεν, εἰς ὅσα μὲν ἀπεργάσασθαι δύναται. εἰσά-

tamen hominibus bona deum elargiri. Plato autem opinatus eſt deum largitorem eſſe rerum omnium quae ad vitam ſpectant, non alium eſſe ſenſit. Quicunque mundum genitum eſſe putaverunt, deum dixerunt ipſius opificem fuiſſe: alii vero qui genitum mundum conceſſerunt, non eandem de ipſius fine ſententiam habuerunt. Verum Plato immortalem eſſe atque interitus expertem propter opificis induſtriam exiſtimat. Stoici contra interire mundum putant atque ignis opera qui in infinitum diffunditur, ipſius mutationem contingere materia aliquod tempus quieſcente et ceſſante: rurſus vero in contrarium ſtatum ex igne vergentibus rebus et converſis quoad principia in aliorum elementorum naturam et rurſus coagmentatis atque a deo in unum corpus redactis ac omnino ex nova natura in mundum coaleſcentibus. Ac ceteri quidem omnes qui deum cunctarum rerum auctorem crediderunt, ipſum quoque unum horum omnium cauſam ſtatuere conati ſunt. Solus Plato ideas introduxit in quas intuens

γουσι δὲ καὶ τὴν ἄποιον ὕλην ὡς οὐκ ἄνισα τὰ καθ' ἕκαστα συντελεῖσθαι, ἀλλὰ πάντα τε ὑπ' αὐτῆς τὰ ἀποτελέσματα γίγνεσθαι. καὶ περὶ μὲν τῆς δραστικῆς διεξελθεῖν ἂν εἴη καιρός. οἱ Κυνικοὶ δὲ περὶ ταύτης εἰπόντες εἶναι μὲν ἀρχὴν ὑλικὴν ἅπαντες ὁμοίως δεδώκασιν· οὐ μὴν ἅπαντες εἶναι τὴν αὐτήν. ἀλλὰ Φερεκύδης μὲν ὁ Σύριος γῆν εἶναι ταῦτα ἐνόμισε, Θαλῆς δὲ ὕδωρ, Ἀναξίμανδρος δὲ ἄπειρον, Ἀναξιμένης δὲ καὶ Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης ἀέρα, πῦρ δὲ Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος, Ξενοφάνης δ' ὁ Κολοφώνιος γῆν καὶ ὕδωρ, Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος πῦρ καὶ ὕδωρ. Οἰνοπίων δὲ ὁ Χῖος πῦρ καὶ ἀέρα, Δημόκριτος δὲ ἐν τοῖς σοφιστικοῖς γῆν καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ, οἱ Στωϊκοὶ δὲ τέσσαρα στοιχεῖα γῆν καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα, Ἀριστοτέλης δὲ τούτοις προσέθηκε καὶ τὸ κυκλοφορικὸν σῶμα. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τέτρασι στοιχείοις φιλίαν καὶ νεῖκος προσήγαγε τῶν μὲν τεσσάρων στοιχείων ὑλικῶν ὄντων, τῆς φιλίας ταῦτα συγκρινούσης, τοῦ δὲ νεί-

deus poteſt operari: item materiam introducunt omni qualitate carentem, ex qua ſingula quaeque non inaequalia conficeret, ſed ab ipſa omnes gignerentur effectus. *Verum quoniam de efficiente principio ſatis multa attulimus,* tempus eſt ut de materia quoque aliquid dicamus. Cynici qui de ea locuti ſunt principium materiale eſſe una et mente et voce omnes conſenſerunt, quodnam vero ſit non omnes conſentiunt. Sed Pherecydes Syrus terram id eſſe credidit. Thales autem aquam. Anaximander infinitum. Anaximenes et Diogenes Apolloniata aërem. Heraclitus et Hippaſus Metapontinus ignem. Xenophanes Colophonius terram et aquam. Hippo Rheginus ignem et aquam. Oenopio Chius ignem et aërem. Democritus vero in Sophiſticis terram et ignem et aquam. Stoici quatuor elementa terram et ignem et aquam et aërem. Ariſtoteles autem his addidit corpus quod in orbem agitur. Empedocles quatuor elementis amicitiam et litem adjungit: cum enim quatuor ſint elementa materialia, amicitia haec

κους διαλύοντος καὶ διακρίνοντος. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος τὰς ἀτόμους ἀρχὰς πάντων νομίζουσιν. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς ἀναρμόστους ὄγκους τὰς ἀρχὰς ὑποτιθέντες τῶν ὅρων. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος τὰς ὁμοιομερείας. Διόδωρος δὲ ὁ Κρόνος ἐπικεκλημένος ἀμερῆ καὶ ἐλάχιστα σώματα. Πυθαγόρας δὲ τοὺς ἀριθμούς. μαθηματικοὶ δὲ τὰ πέρατα τῶν σωμάτων. Στράτων δὲ ὁ φυσικὸς ἐπωνομασμένος τὰς ποιότητας.

[28] Κεφάλαιον στ΄.

Περὶ διαφορᾶς ἀρχῆς καὶ αἰτίας.

Ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν τινὲς μὲν ᾠήθησαν μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, τινὲς δὲ τὴν ἀρχὴν καθηγητικὴν πάντων εἶναι νομίζουσιν οὐκ αἰτίαν οὖσαν τοῦ παντὸς ἐπιτελέσματος. ἀλλὰ τὸ δι᾽ ὃ ἐν ἑκάστῳ τρόπῳ γίγνεται τὰ ἀποτελέσματα. αἴτια δὲ ὑπέθεντο τέσσαρα, προκαταρκτικὸν τὸ χωριστὸν ἀπὸ τοῦ ἀποτελέσματος καὶ τοῦτο, ὃ πεποίηκε

copulat, lis vero eadem diffolvit et diffipat. Democritus et Epicurus atomos omnium rerum principia effe opinantur. Heraclides Ponticus et Afclepiades Bithynus rerum principia faciunt moles quasdam non compactas. Anaxagoras Clazomenius minimas quasdam fimiles rerum particulas. Diodorus qui Cronus cognominatus eft individua minimaque corpufcula. Pythagoras numeros. Mathematici corporum fines. Strato cognomine phyficus qualitates.

Caput VI.

De principii et caufae differentia.

Principium et caufam aliqui nihil inter fe differre putant: aliqui principium quidem rerum omnium originem praecedere exiftimant, non tamen ipfum eventus cujuscunque caufam effe dicunt, fed id quo fecundum unumquemque modum res fiunt. Caufarum genera quatuor iidem ftatuunt. Antecedens quod ab eventu feparari poteft

παραμένει. συμπλεκτικὸν ὅπερ τὸ ἔργον μὴ ἀπολείπει καὶ οὗ παρόντος τὸ ἀποτέλεσμα πάρεστι καὶ πεπαυμένου παρεναλλάττεται καὶ αὐξομένου εἰς ἐπίδοσιν πρόεισι καὶ μειουμένου ἐλαττοῦται. αὐτοτελὲς τὸ αὐτὸ μόνον ἀποτελοῦν. καὶ συναίτιον ὃ μὲν ὑπὸ τὴν ἴσην δύναμιν συμβάλλεται πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα, ὡς ἐπὶ τῶν ἀροτικῶν (429) συνεργεῖν δοκεῖ τὸ μικρὰν ῥοπὴν πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα εἰσάγον, ὡς καταδεῖν δυοῖν βοοῖν· ἀλλὰ δὲ ὁ βουκόλος ἢ ἀρότης ῥᾷον γεωργήσει καὶ τὴν γεωργίαν διατελέσει, εἰ τρίτος ἐπήγειο συνεπικουφίζων.

Περὶ διαφορᾶς στοιχείων καὶ ἀρχῆς.

Τῶν ἀπὸ Ἰωνίας φιλοσόφων οὐδὲν διαλλάττειν αὐτὰ νομιζόντων Πλάτων πλεῖστον διενηνοχέναι ταῦτα κέκρικε τῆς μὲν ἀρχῆς. καὶ γὰρ οὐδὲν εἶναι πρότερόν ἀφ᾽ ἧς γεννᾶσθαι ταῦτα συμβέβηκε. τῶν δὲ στοιχείων προτέραν εἶναι τὴν ἀειδῆ καὶ ἄμορφον οὐσίαν. ἣν οἱ μὲν ἄποιον ὕλην ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ ἐντελέχειαν καὶ στέρησιν. ἔτι δὲ τὰ μὲν

idque quod jam effecit permanet. Continens quod rem quam facit non deferit et quo praefente adeft effectus et ceffante immutatur, crefcente augefcit et decrefcente decrefcit. Perfectum quod per fe folum rem peragit. Adjuvans quod ceteris pares vires in effectum confert, ut in arando videmus, in quo vel plurimum adjuvare videtur, quod leve et exiguum ad effectum affert momentum, ut bobus quidem duobus fit opus: attamen arator multo facilius arabit opusque abfolvet, fi tertius adducatur qui aliorum laborem fublevet.

De elementorum et principii differentia.

Cum Ionici philofophi elementum a principio nihil differre arbitrarentur, plurimum Plato intereffe judicavit, nihil enim prius effe cenfuit principio ex quo gigni potuerit. Contingit vero elementis priorem effe informem fubftantiam, quam alii materiam qualitatis expertem nominant, alii formam feu perfectionem et privationem. Prae-

στοιχεῖα οἱ μὲν σύνθετα καὶ ἀποτελέσματα. τὴν δ' ἀρχὴν οὐδετέραν τούτων ὑπάρχειν. ὥστ' εἰκότως ὁ Πλάτων τὴν ἐν τούτοις παραλλαγὴν κατειληφὼς ἀποφαίνεται.

Περὶ φύσεως.

Φύσιν τινὲς εἶναι λέγουσι πνεῦμα ἔντεχνον, ὁδοποιητικόν. ἄλλοι δὲ τὴν τῶν σωμάτων σύγκρισιν εἶναι καὶ διάκρισιν τὴν φύσιν ὑπολαμβάνουσιν. Ἀριστοτέλης δὲ ἀρχήν τε κινήσεως καὶ ἠρεμίας εἴρηκεν, ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως καθ' αὑτὸ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς γεγενῆσθαι νομίζων. φυσικὰ δὲ εἶναι λέγει τὰ στοιχεῖα τέσσαρα καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν γιγνόμενα ζῶα, φυτὰ, μέταλλα καὶ τὰ περὶ τὸν ἀέρα, ὄμβρους καὶ τὰ τοιαῦτα.

Περὶ κινήσεως.

Τὴν κίνησιν σχεδὸν τῶν φιλοσόφων πάντες οἱ ἀκριβέστατοι γίνεσθαι νομίζουσιν. τὴν μὲν γὰρ τοπικὴν μετάβασιν, ὅταν τι ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἕτερον φαίνηται μετα-

terea elementa aliqui compofita et effectus nominant. Principium vero neutrum horum effe cenfent. Quamobrem merito Plato deprehenfam in his differentiam demonftrat.

De natura.

Naturam definiunt aliqui fpiritum arte praeditum et ad aliud aditum facientem. Alii corporum concretionem et diffolutionem. Ariftoteles' principium motus et quietis ejus in quo eft primo per fe et non per accidens effe exiftimavit. Naturalia vocat tum elementa quatuor, tum cetera quae ex eis fiunt, animalia, ftirpes, metalla et quae in aëre generantur, imbres et alia id genus.

De motu.

Motum omnes pene concedunt quicunque paulo diligentius philofophati funt locorum commutationem, ut cum quis a loco ad locum videtur transire, Phyficum cum

βαῖνον, τὴν δὲ φυσικὴν ὅταν εἰς ἕτερον ἐξ ἑτέρου γινόμενον ἀποφαίνωνταί τινες. τρίτον δὲ τὴν γένεσιν ὅταν ἐξ οὐκ ὄντων γένηταί τι. τὴν διαφθορὰν ὅταν ἐξ ὄντος πρὸς τὸ μὴ εἶναι καθίσταται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀπογινομένων ζώων. τὴν δ' αὐξητικὴν ὅταν τι ἀπὸ βράχεος πρὸς τὸ μεῖζον μέτεισι. τὴν δὲ μειωτικὴν ὅταν ἐκ μείζονος βραχύνηταί τι καὶ πρὸς ἔλαττον μεθαρμόζηται.

Περὶ σωμάτων.

Σῶμα τινῶν ὑπολαβόντων τὸ εἴτε ποιεῖν εἴτε πάσχειν, ἕτεροι τὸ τριχῇ διαστατὸν μετὰ ἀντιτυπίας τὸ σῶμα καθεστάναι φασίν. εἶναι μὲν γὰρ σημεῖον οὗ μέρος οὐδέν. τὴν δὲ γραμμὴν μῆκος ἀπλατές. ἐπιφάνειαν δὲ τὸ μήκους καὶ πλάτους μετέχον. τοῦτο δὲ, ὁπόταν βάθους προσλάβῃ, σῶμα νομίζουσιν εἶναι. τινὲς δὲ τὰ πέρατα σώματα εἶναι ὑπειλήφασιν.

quidam unum ex alio genitum in aliud transire demonſtrant. Tertio ortum cum ex non entibus fit aliquid, interitum vero quando ex ente ad non ens tranſit, ut in animalibus quae corrumpuntur. Motum accretionis ut cum quid e parvo ad aliquid majus tranſit. Denique motum diminutionis ut cum ex majori aliquid breve redditur et ad minus transmutatur.

De corpore.

Nonnullis corpus eſſe dicentibus quodcunque ſive agat ſive patiatur. Alii corpus eſſe definiunt quod triplici dimenſione conſtat cum renixu. Punctum namque eſſe cujus pars nulla: lineam vero longitudinem latitudinis expertem: ſuperficiem quae longitudinis et latitudinis eſt particeps. Hanc vero cum profunditatem aſſumpſerit corpus eſſe exiſtimant. Quidam etiam corporum extrema et terminos corpora eſſe crediderunt.

Περὶ σχήματος.

Σχῆμά ἐστιν ἐπιφάνεια καὶ περιγραφὴ καὶ πέρας σώματος. τῶν δὲ σχημάτων τὰ μὲν στρογγύλα, τὰ δὲ γωνιώδη, ὧν σχεδὸν ἄπειρος ποικιλία.

(427) Περὶ ἰδέας.

Ἰδέα ἐστὶν οὐσία ἀσώματος, αἰτία τῶν οἷά ἐστιν αὐτὴ καὶ παράδειγμα τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων αἰσθητῶν ὑποστάσεων, αὐτὴ μὲν οὐκ ὑφεστῶσα καθ᾽ ἑαυτὴν, ἐνεικονίζουσα δὲ τὰς ἀμόρφους ὕλας καὶ αἰτία γιγνομένη τῆς τούτων διατάξεως. Πλάτων δὲ συγχωρεῖ ὅσον δυνατὸν, ὅτι ἐν τοῖς νοήμασι καὶ ταῖς φαντασίαις δεῖ ζητεῖν ἰδέας τοῦ θεοῦ. Ἀριστοτέλης δὲ εἴδη μὲν καὶ ἰδέας ἀπέλιπεν, οὐ μὴν κεχωρισμένας τῆς ὕλης. οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἐννοήματα ἡμέτερα τὰς ἰδέας εἶναι νομίζουσι.

De figura.

Figura corporis ſuperficies, circumſcriptio et terminus eſt. *Figurarum vero aliae rotundae ſunt, aliae angulares, quarum infinita pene variatio eſt.*

De idea ſeu forma.

Idea eſt ſubſtantia incorporea, ſui ſimilium cauſa et naturalium ſubſtantiarum ſub ſenſum cadentium exemplar, ipſa quidem ex ſe non ſubſiſtens, ſed formis carentes materias ſibi ſimiles reddens earumque conſtitutionis cauſa. Plato vero concedit quantum fieri poteſt quaerendas eſſe ideas in mente et cogitatione dei. Ariſtoteles autem formas quidem et ideas non abſtulit, ſed eas materiae conjunctas eſſe voluit. Stoici noſtras cogitationes ideas appellarunt.

Κεφάλαιον ζ'.

Περὶ κόσμου.

Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς στοᾶς ἕνα κόσμον εἰρήκασι καὶ τοῦτον τὸ πᾶν καὶ σωματικόν. Ἐμπεδοκλῆς δὲ κόσμον ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ὕλην. Πλάτων δὲ ἕνα φησὶ καὶ ἓν τὸ πᾶν εἶναι ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τέλειον, ἐὰν μὴ πάντα περιέχῃ, ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι ὅμοιον τῷ παραδείγματι τουτέστι τῷ θνητῷ κόσμῳ ἐὰν μὴ μονογενὴς ᾖ, ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι αἰώνιον εἰ τὸ ἐλλιπές τι ἔχει. Μετρόδωρος ὁ καθηγητὴς Ἐπικούρου φησὶν ἄτοπον εἶναι ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα ἄσταχυν γεννηθῆναι καὶ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ· ὅτι δὲ ἄπειρος κατὰ τὸ πλῆθος δῆλον ἐκ τοῦ ἄπειρα τὰ αἴτια εἶναι. εἰ γὰρ ὁ κόσμος πεπερασμένος, τὰ δ' αἴτια πάντα ἄπειρα, ἐξ ὧν δὲ ὁ κόσμος γέγονεν, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι. ὅπου γὰρ τὰ αἴτια πάντα, ἐκεῖ καὶ ἀποτελέσματα. αἴτια δὲ ἤτοι αἱ ἄτομοι καὶ τὰ στοιχεῖα.

Caput VII.

De mundo.

Stoici mundum unum eſſe dixerunt et hunc totúm eſſe et corporeum. Empedocles vero mundum quidem unum eſſe concedit, non tamen univerſum eſſe, ſed exiguam quandam univerſi particulam, reliquum vero otioſam materiam. Plato mundum unum eſſe et univerſum *tribus argumentis conjectat*, quia perfectus non eſſet, ſi omnia non contineret nec exemplari, id eſt mortali mundo, ſimilis ſi unicus non eſſet, nec aeternus ſi quid extra ſe haberet. Metrodorus praeceptor Epicuri ait abſurdum eſſe in magno campo ſpicam unam produci et unum in infinito mundum. Quod autem ſit infinitus ex eo patet, quod infinitae ſint cauſae. Etenim ſi mundus ſit finitus, cauſae vero illius infinitae ex quibus prodiit, neceſſe eſt mundos dari infinitos. Siquidem ubi omnes cauſae, ibi etiam ſunt effectus. Cauſae autem ſunt atomi et elementa.

Πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος.

Συνέστηκε τοίνυν ὁ κόσμος περικεκλεισμένως ἐσχηματισμένος τὸν τρόπον τοῦτον τῶν βαρυτάτων σωμάτων φερομένων εἰς τὸ κάτω, τῶν δὲ κούφων εἰς τὸ ἄνω, φερομένων δὲ πέριξ ἐκ τούτων συνηρμοσμένων.

Κεφάλαιον η'.

Περὶ θεοῦ.

Ὅσα κατ' ἀρχὰς περὶ θεοῦ λέγοντες παρελίπομεν, ταῦτα νῦν ἐροῦμεν. τοὺς μὲν τῶν προτέρων φιλοσοφησάντων εὑρήκαμεν θεοὺς ἠγνοηκότας, ὡς Πρωταγόραν τὸν Ἠλεῖον καὶ Θεόδωρον τὸν Κυρηναῖον καὶ Εὐήμερον τὸν Τεγεάτην. οὐ γὰρ εἶναι θεοὺς εἰπεῖν τετολμήκασιν. ἔοικε δὲ ταύτης τῆς ὑπολήψεως Εὐριπίδης, κἂν τοῦτο μὲν αὐτὸς οὐ λέγῃ διὰ δέος τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἀλλὰ τὸν Σίσυφον εἰσήγαγε τοῦτο λέγοντα. τοίους δὲ παραλελειφότες τοῦ Ἀναξαγόρου ἀκροώμεθα, ὃς μὲν τὸν θεὸν (428) καὶ τὰ σώ-

Quomodo conftitit mundus.

Conftitit igitur mundus rotunda figura formatus hoc pacto ut graviffima corpora deorfum ferantur, levia vero furfum, circum denique et in orbem quae ex his funt compofita.

Caput VIII.

De deo.

Quae de deo inter initia omifimus, ea nunc dicemus. Nam ex antiquis philofophis quosdam invenimus qui deos ignorarunt, ut Protagoram Eleum, Theodorum Cyrenaicum, Euemerum Tegeatam, non enim deos effe afferere aufi funt. Videtur vero hujus opinionis fuiffe Euripides, quamquam id ipfe non dicit ob metum Areopagitarum, fed Sifyphum id dicentem introducit. Sed iftos miffos faciamus et Anaxagoram potius audiamus, qui divinam

ματα κατ' ἀρχὰς διακεκοσμηκέναι, καὶ οὕτως εἶναι τὸν πεποιηκότα ταῦτα ὑπέλαβε. Πλάτων δὲ οὐχ ἑστηκότα ταῦτα ὑπέθετο, ἀτάκτως δὲ κινούμενα ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς τάξιν ἦχθαι καὶ τοῦ προσήκοντος μετειληφέναι. Θαλῆς δὲ [30] νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεὸν ἡγήσατο. Ἀναξίμανδρος δὲ τοὺς ἀπείρους νοῦς θεοὺς εἶναι νομίζει. Δημόκριτος δὲ νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν ὑπολαμβάνει. Πυθαγόρας δὲ τῶν ἀρχόντων μονάδα θεὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν ᾠήθη, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις αὐτὸς ὁ νοῦς. τὴν δὲ ἀόριστον δυάδα δαίμονα καὶ τὸ κακὸν, περὶ ἣν ἐστιν ὁρατὸς κόσμος. καὶ Πλάτωνι τοῦτο δοκεῖ τὸν θεὸν ἀμιγῆ πάσης ὕλης καὶ μηδενὶ πάθει συμπεπλεγμένον. Ἀριστοτέλης δὲ τὸν ἀνωτάτω θεὸν εἶδος χωριστὸν, ἐπιβεβηκὸς τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντός. ὅθεν ἐστὶν αἰθέριον σῶμα τὸ μέγιστον ὑπ' αὐτοῦ νομιζόμενον. διῃρημένον κατὰ τὰς σφαίρας τῇ μὲν φύσει συναφεῖς, τῷ δὲ λόγῳ κεχωρισμένας· ὥστ' εἶναι ζῶον σύνθετον ἐκ σώματος καὶ θεότητος, καὶ τὸ μὲν αἰθέριον

mentem afferit res omnes a primordiis mundi inter fe confufas diftinxiffe atque ita res omnes procreaffe. Plato vero fuppofuit prima corpora non conftitiffe, fed inordinate mota a deo in ordinem fuiffe coacta et ad id quod erat conveniens revocata. Thales vero mentem mundi deum effe putabat. Anaximander autem mentes infinitas deos effe putat. Democritus autem mentem in igne fphaerico animam mundi exiftimat. Pythagoras vero ex principiis unitatem deum et bonum effe putavit, quae fit unius natura ipfa mens eft, indefinitam vero dualitatem daemonem et malum circa quam mundus eft vifibilis. Et Platoni hoc vifum eft deum ab omni materia feparatum et nullis paffionibus obnoxium. Ariftoteles vero fupremum deum formam effe definivit feparatam, univerfi tamen circulo inhaerentem: unde et corpus ejusmodi ab ipfo aethereum et magnum reputatum eft, divifum in plures fphaeras natura conjunctas, ratione vero feparatas, ut animal fit compofitum ex corpore et divinitate et hoc ae-

κινούμενον κυκλοφορητικόν. τὴν δὲ ψυχὴν λόγον ἀκίνητον. αἴτιον τῆς κινήσεως κατ' ἐνέργειαν. Στωϊκοὶ τὸν θεὸν πῦρ ἔντεχνον ἢ πνεῦμα νομίζουσιν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ κόσμου γένεσιν, ἐμπεριειληφὸς πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι καὶ διήκειν δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνοντα κατὰ τὰς τῆς ὕλης δι' ἧς κεχώρηκε παραλλάξεις. θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν εἶναι νομίζουσι, τὸ δὲ ἀνώτατον πάντων τὸν νοῦν εἶναι τὸν θεόν. Ἐπίκουρος δὲ, ἀνθρωποειδεῖς εἶναι τοὺς θεοὺς, λόγῳ δὲ πάνυ θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως. ὁ δὲ οὕτω ἄλλας τέτταρας φύσεις κατὰ γένος ἀφθάρτους τάσδε, τὰ ἄτομα, τὸ κενὸν, τὸ ἄπειρον, τὰς ὁμοιότητας. αὗται δὲ λέγονται ὁμοιομερεῖς καὶ στοιχεῖα τῷ αὐτῷ.

(427) Πόθεν ἔχομεν ἔννοιαν θεῶν.

Ὁρίζονται τὸν θεὸν οἱ Στωϊκοὶ πνεῦμα νοητὸν οὐκ ἔχον μορφὴν, μεταβαλλόμενον δὲ εἰς ὃ βούλεται. ἔχομεν δὲ

thereum motum et in circulum volubile, animam vero rationem immobilem, caufam motus fecundum operationem. Stoici deum effe ignem arte praeditum vel fpiritum arbitrantur et via procedentem ad mundi generationem et omnes omnium rerum rationes continentem, quibus omnia fato eveniunt totum mundum pervadere ac appellationes fortitum pro diverfitate materiae in quam diffufus eft. Deum et mundum et ftellas et terram effe cenfent. Id autem quod omnium fupremum eft mentem effe et deum. Epicurus vero deos omnes humana fpecie effe, fola vero ratione vifibiles propter tenuitatem fpecierum eorum naturae: hic vero fic alias quatuor naturas fecundum genus incorruptibiles ftatuit atomosque, infinitum, vacuum et fimilitudines, hae vero dicuntur partes fimilares et elementa.

Unde deorum notitiam habemus.

Deum definiunt Stoici fpiritum intelligibilem, formam non habentem, qui fe in id quod vult transformat. Dei

ἔννοιαν τούτου ἐκ τοῦ κάλλους καὶ μεγέθους τῶν ὁρωμένων αὐτοῦ δημιουργημάτων. οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν εἰκῆ γεγένηται, ἀλλ᾽ ὑπὸ δημιουργοῦ σοφοῦ. ὅθεν Εὐριπίδης εἶπεν, ἀστέρες δ᾽ ἐν οὐρανῷ ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ, ἐλάβομεν δὲ ἔννοιαν ἐκ τοῦ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην σὺν τοῖς λοιποῖς τῶν ἀστέρων τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντας ὁμοίως ἀνατέλλειν τοῖς χρώμασι καὶ τοῖς σχήμασιν. ἴσα δὲ καὶ τοῖς μεγέθεσι καὶ κατὰ τόπους τοὺς αὐτοὺς καὶ χρόνους.

(429) *Περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων.*

Θαλῆς μὲν καὶ Πλάτων καὶ Πυθαγόρας καὶ πρὸς τούτοις οἱ Στωϊκοὶ γιγνώσκουσιν ὁμοίους εἶναι καὶ τούτους μὲν οὐσίας φυσικάς, τοὺς δ᾽ ἥρωας ψυχὰς κεχωρισμένας τῶν σωμάτων τὰς μὲν ἀγαθὰς τῶν τὸν βίον διαγόντων ἄριστα ἀνθρώπων, κακὰς δὲ τῶν πονηρῶν. Ἐπίκουρος δὲ οὐδετέρους τούτων εἶναι συγκεχώρηκε.

vero cognitionem habemus ex pulchritudine et magnitudine operum illius quae confpiciuntur: nihil enim temere aut cafu pulchrum oritur, fed opificis fapientis opera: quamobrem Euripides dixit: ftellae in coelo funt ornatus opificis fapientis. Devenimus autem in hujusmodi cognitionem cum ex aliis ftellis, tum praecipue ex fole et luna, quae *fubterraneum iter emenfa* eodem colore, eadem figura, eadem magnitudine oriuntur eademque et tempora et loca fervant.

De heroibus et daemonibus.

Thales, Plato, Pythagoras et cum his Stoici fentiunt *eos* effe fimiles ac Daemonas quidem fubftantias naturales, Heroas autem animas e corporibus feparatas et harum bonas effe, quae hominum fuerint optime vitam traducentium: malas autem male viventium. Epicurus tam Daemonas quam Heroas non concedit.

(426) *Κεφάλαιον θ'.*

Περὶ ψυχῆς.

Πολλὴν μὲν ἐστιν εὑρεῖν παρὰ τοῖς προτέροις ἀντείρησιν περὶ τῆς ψυχῆς γενομένην. ἀλλ' ὅμως μὴ τὸν τῆς εἰσαγωγῆς τρόπον ὑπερβαίνειν δοκοῖμεν τὰ πᾶσιν εἰρημένα περὶ ταύτης διεξιόντες, ὅσα τοῖς ὀνομαστοτάτοις εἰρῆσθαι περὶ ταύτης νομίζομεν, ὡς ἐν βραχέσι πειρώμεθα λέγειν. ψυχὴν τοίνυν [31] οἱ μὲν πνεῦμα παντὶ τῷ σώματι παρακείμενον ὅπου μὲν μᾶλλον, ὅπου δὲ ἧττον νομίζουσιν εἶναι. οὗτοι δὲ οἱ περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην εἰσίν· ἄλλοι δὲ δύναμιν δι' ἣν ζῶμεν. οἱ δὲ κινήσεως ἀρχὴν πάντων γινομένων τε καὶ ὄντων. Ἐπίκουρος δὲ τὸν ἐφελκόμενον ἔξωθεν ἀέρα διὰ τῆς εἰσπνοῆς τὴν ψυχὴν ὑπέλαβεν. τὴν δὲ οὐσίαν ταύτην οἱ μὲν ἀσώματον ἔφασαν, ὡς Πλάτων, οἱ δὲ σώματα κινεῖν, ὡς Ζήνων καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ εἶναι ταύτην ὑπενόησαν καὶ οὗτοι θνητὴν μὲν ψυχὴν, ὡς Ἐπίκουρος

Caput IX.

De anima.

Multam quidem poſſumus invenire apud priores *philoſophos* de anima ortam controverſiam, verumtamen ne introductionis modum excedere videamur, cum quae de ea ab omnibus dicta ſunt enarraverimus, quaecunque ab illuſtriſſimis viris de ea dicta fuiſſe arbitramur, breviter commemorare conemur. Animam igitur exiſtimant aliqui ſpiritum eſſe toti corpori annexum, *non tamen aequabiliter*, ſed uni membro magis, alteri minus: hoc Aſclepiadis ſectatores dicunt. Eandem alii facultatem qua vivimus arbitrantur. Quidam principium motus omnium quae fiunt et ſunt. Epicurus autem aërem illum quem reſpirando attrahimus animam eſſe credidit. Cujus ſubſtantiam alii incorpoream dixerunt, ut Plato, alii corpora movere, ut Zeno, quem ſecuti Stoici, nam ſpiritum ipſam eſſe opinati ſunt. Item mortalem alii, ut Epicurus et Dicaearchus.

καὶ Δικαίαρχος ᾠήθησαν, ἀθάνατον δὲ Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοί. ἀλλ' ὁ Πλάτων ἀεικίνητον καὶ οὐδέποτε διαφθαρησομένην. οἱ Στωϊκοὶ δὲ καθ' ἑκάστην τοῦ κόσμου μεταβολὴν διαμένειν ἀθάνατον, ἕως ἂν ᾖ τοῦ κόσμου μεταβολὴ συστᾶσα καὶ ταύτην τυχεῖν διαφθαρῆναι. τοῖς δὲ σώμασι συνδεῖσθαι νομίζουσιν οἱ μὲν αὐτοφυεῖς ἥκουσιν ἐγκρατεῖς οὔσας, ὥστε ταῦτα πασχούσας τῷ ἐπιθυμεῖν ἡδονῶν τῶν διὰ τῶν σωμάτων αὐταῖς προσγινομένων. οἱ δὲ κατὰ θεὸν ἐγγίνεσθαι τοῖς σώμασι βουλόμενοι. μηδ' ἓν τῶν στοιχείων ἀργὸν, μηδὲ ἔξω ὂν ἄμοιρον εἶναι διὰ τέλους· ἐξαμαρτάνειν δὲ τὰς ψυχὰς οἱ μὲν αὐτεξουσίους οὔσας καὶ διὰ τὰς σφετέρας ἐπιθυμίας ἐπὶ τὸ πλημμελὲς τρεπομένας. τῶν ἡδέων γὰρ οὔσας ὀρεκτικὰς διὰ τὴν τούτου κάθεξιν μηδὲν διωθεῖσθαι τὰς φαυλοτάτας τῶν ἀτοπωτάτων εἶναι νομιζομένων. οἱ δὲ καθ' εἱμαρμένην πάντα συμβαίνειν νομίσαντες καὶ τὴν ψυχὴν ἀπροαιρέτως τοῖς πλημμελήμασι περιπίπτειν ὑπολαμβάνουσι. διδόναι δὲ δίκην τὰς (427) πονηροτάτας τῶν σωμάτων ἀπαλλαττομένας ὁ Πλάτων οἴεται καὶ τὰς

Alii immortalem, ut Plato et Stoici, ipſam exiſtimarunt: quamquam Plato ſuo ſe motu ſemper moventem nec unquam interituram ipſam aſſeveret, ſtoici contra tamdiu animam immortalem durare quoad mundus diſſolvatur, tunc enim ipſam quoque corrumpi. Rurſus alii ſic annexas corporibus animas ajunt, ut ex eis ipſas ſponte natas dicant: hocque in cauſa eſſe, ut corporis voluptatibus tantopere delectentur. Alii vero animam volunt dei particulam quandam nec ullum exſtare elementum, quod otioſum ſit quodque in compoſitarum rerum rationem non veniat. Peccare vero animas inquiunt. Alii quia liberae cum ſint ſuopte arbitrio ad malum ferantur: nam cum voluptates appetant ut eas aſſequantur, vitia perſequi flagitioſum eſſe non judicant. Alii cuncta ſato evenire putantes animam quoque nulla electione habita delinquere poſſe concedunt. Poenas dare ſceleratas animas ubi a corporibus ſolutae fuerint exiſtimat Plato: bonorum autem

ἄμεινον βεβιωκυΐας εἰς θεὸν ἀναπέμπεσθαι καὶ τοῖς ἄστροις ἐγκαταλέγεσθαι. Στωϊκοὶ δὲ τούτων οὐδὲν προσίενται, ἀλλ' ἐπειδὰν ἀποχωρισθῶσι τῶν σωμάτων, φασὶ τὰς ἀκρατεστέρας καὶ τῶν ἡδέων ἐπιθυμητικὰς αὖθις ἠμφιεσμένας τῶν διὰ σωμάτων ἡδονῶν προσγιγνομένων ἐγκαταδύεσθαι πάλιν τοῖς σώμασιν ἐξ ἀρχῆς, καὶ μηδέποτε παύεσθαι τούτου περιπιπτούσας, ἕως ἂν παιδεύσεως τῆς προσηκούσης τύχωσι καὶ τῶν καλῶν εἰς γνῶσιν ἀφικόμεναι χρηστὸν ἕλωνται βίον. καὶ μετὰ τὴν διάλυσιν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος καθ' αὑτὰς διαφανεῖς σπουδαίων δεομένων ἰδέας μετελθούσας τὰς ἀγαθὰς καὶ μετὰ ταῦτα διὰ παντὸς οὔσας τὰς πάλιν οὕτω διακειμένας. εἶναι δὲ τὰ μέρη τῆς ψυχῆς Πλάτων μὲν τρία νενόμικε, λογικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικόν. Ἀριστοτέλης δὲ προσήγαγε καὶ τὸ φυσικόν τε καὶ τὸ ζωτικόν. Στωϊκοὶ δὲ τέσσαρα μέρη τῆς ψυχῆς εἶναί φασι, λογικὸν, αἰσθητικὸν, φωνητικὸν, σπερματικόν. τινὲς δὲ τὴν ψυχὴν ἁπλῆν καὶ ἀμερῆ τυγχάνειν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο τὴν ψυχὴν ὑπολαμβάνουσιν ἢ φρόνησιν ὑπάρχειν, ἣν καὶ νοῦν καὶ νόησιν

ad deum poſt mortem reverti et in aſtris habitare; Stoici nihil horum admittunt, ſed poſtquam, ajunt, ſejunctae a corporibus fuerint quae intemperanter vixerunt et adhuc voluptatum avidae ſunt, corpus aliud iterum ſubeunt, deſiderio voluptatum illectae, quas corporis miniſterio aſſequuntur: id autem eas tamdiu facere, quoad virtutem edoctae in cognitionem veri boni deveniant ac meliorem vitam traducant: a qua ſtatim ubi ſolutae et jam *ab impedimentis corporis* liberae fuerint, ipſis per ſeſemet interlucentibus honeſti ac decoris ideis uniuntur, a quibus ſic affectae nunquam poſtea divelluntur. Partes animae Plato tres fecit, rationem, iracundiam et concupiſcentiam. Ariſtoteles quartam addidit naturalem et vegetantem. Stoici et ipſi partes animae quatuor enumerant, ratiocinandi, ſentiendi, loquendi et gignendi facultatem. Alii ſimplicem et partibus carere animam arbitrantur: nihil enim aliud eſſe quam prudentiam, quam tum mentem tum in-

προσειρήκασι. Μενέμαχος δὲ τῶν Στωϊκῶν ὑπόληψιν ἐπικρίνων τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ σπερματικὸν περιεῖλεν. οἰηθεὶς τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως ταῦτα μετέχειν. μέρη δὲ τῆς ψυχῆς ἔνιοι ᾠήθησαν τὸ λογικὸν καὶ τὸ αἰσθητικόν. ὧν καὶ μᾶλλον ἄν τις συγχωρήσειεν εὐλόγως.

Κεφάλαιον ι.

Περὶ ἐλαχίστων.

Πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα βραχύτατα ἢ ψήγματα οἷον στοιχεῖα ἀπὸ στοιχείων ὁμοιομερῆ νομίζουσιν εἶναί τινες τὰ λεγόμενα ἐλάχιστα. Ἡράκλειτος εἰσάγει ταῦτα νοήσει μόνον ληπτά.

[32] Περὶ χρωμάτων.

Χρῶμά ἐστι ποιότης σώματος ὁρατόν. οἱ Πυθαγόρειοι δὲ χροιὰν καὶ χρῶμα ἐκάλουν τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος.

tellectum appellant. Menemachus unus ex fectatoribus Stoicae difciplinae ubi fufpicionem addidit, loquendi et gignendi facultatem ademit eas fentiendi facultatibus attribuens. Nonnulli demum in fenfum et rationem animam diviferunt, quibus aliquis merito potius affentiri peterit.

Caput X.

De minimis.

Ante quatuor elementa nonnulli frufta breviffima five ramenta quaedam ejusdem rationis *fimilium partium* ceu elementorum elementa exftitiffe dicunt. Heraclitus *quoque frustula quaedam tum minima cum individua* cogitatione tantum apprehenfibilia inducit.

De coloribus.

Color eft qualitas corporis vifibilis. Pythagorici colorem appellant fuperficiem corporis. Empedocles quod

Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἐναρμόττον. Πλάτων φλόγα ἀπὸ τῶν σωμάτων σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς τὴν ὄψιν. Ζήνων δὲ ὁ Στωϊκὸς τὰ χρώματα ἐπίχρωσιν τῆς ὕλης πρώτους εἶναι σχηματισμούς. οἱ δὲ ἀπὸ Πυθαγόρου τὰ γένη τῶν χρωμάτων λευκόν τε καὶ μέλαν καὶ ἐρυθρὸν καὶ ὠχρὸν νομίζουσι. τὰς δ᾽ ἄλλας διαφορὰς παρὰ τὰς ποιὰς μίξεις τῶν στοιχείων, τὰς δὲ τῶν ζώων παρὰ τὰς τῶν τόπων καὶ τῶν ἀέρων.

Περὶ μίξεως.

Οἱ μὲν παλαιότεροι τὰς τῶν στοιχείων μίξεις κατ᾽ ἀλλοίωσιν ἤτοι κρᾶσιν ᾠήθησαν γίνεσθαι, οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον κατὰ παράθεσιν. Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτάτων οἴεται τὰ στοιχεῖα συγκρίνειν. Πλάτων δὲ τὰ μὲν τρία εἶναι τρεπτὰ εἰς ἄλληλα λέγει, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, τὴν δὲ γῆν ἀμετάβλητον μόνην.

Περὶ κενοῦ.

Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ οἱ φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος ἐν τῷ κόσμῳ κενὸν εἶναι λέγουσι. Ἐμπεδοκλῆς οὐδέ

meatibus oculorum quadraret. Plato flammam e corporibus *prodeuntem*, cujus partes oculis reſponderent. Zeno Stoicus colores eſſe definit primos materiae habitus. Qui Pythagorae ſucceſſerunt philoſophi colorum genera fecerunt album, nigrum, rubrum et pallidum. Reliquas autem colorum differentias ex diverſa elementorum commixtione oriri: animalium vero etiam ex locorum et aëris diverſitate conſurgere.

De mixtione.

Priſci mixtionem elementorum fieri dixerunt ex alteratione vel temperamento. Anaxagoras et Democritus ex eorum congreſſu. Empedocles e minimis corpuſculis elementa componi dicit. Plato tria tantum corpora inter ſe mutari dicit, ignem, aërem et aquam: terram namque ſolam immutabilem eſſe.

De vacuo.

Pythagorici et phyſici omnes ad Platonem uſque in mundo vacuum eſſe aſſerunt. Empedocles intra mundum

τι παντὸς κενὸν πέλει οὐδὲ περιττόν. Λεύκιππος δὲ καὶ Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος καὶ τὰ μὲν ἄτομα ἀπέραντα πλήθει, τὸ δὲ κενὸν ἄπειρον τῷ μεγέθει. οἱ Στωϊκοὶ δὲ ἐντὸς μὲν τοῦ κόσμου κενὸν οὐδὲν εἶναι νομίζουσιν, ἔξωθεν δ' αὐτοῦ ἄπειρον. Ἀριστοτέλης δὲ τοσοῦτον εἶναι κενὸν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ, ὥστ' ἀναπνεῖν εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. ἔνδοθεν γὰρ εἶναι τόπον πυρινόν.

Περὶ χώρας.

Οἱ Στωϊκοὶ καὶ Ἐπικούρειοι διαλλάττειν τὸν τόπον τῆς χώρας ἐνόμισαν. καὶ τὸν μὲν τόπον ὑπὸ σώματος κατέχεσθαι, τὴν δὲ χώραν ἐκ μέρους, ὥσπερ ἐπὶ τῆς τοῦ οἴνου πιθάκνης.

Περὶ χρόνου.

Τὸν χρόνον εἶναι Πυθαγόρας ὑπείληφε τὴν σφαῖραν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς οὐρανοῦ. Πλάτων δὲ αἰῶνος εἰκόνα κινητὴν ἢ διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως. Ἐρατοσθένης δὲ τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν.

inquit, vacua res nulla nec extra eſt. Leucippus, Democritus et Epicurus atomos quidem multitudine, vacuum autem magnitudine infinitum dicunt. Stoici intra mundum vacui quidem nihil eſſe putant, extra vero infinitum. Ariſtoteles tantum vacui ſolummodo extra mundum eſſe, quantum ad reſpirationem mundi faciat: mundum enim, igneus cum ſit, eventilatione indigere.

De loco et receptaculo.

Stoici et Epicurei locum a receptaculo differre cenſent: ac locum quidem eſſe quod corpus totum tangit *ut ſuperficies:* receptaculum autem quod parte ſolum ut in vaſis vinariis contingit.

De tempore.

Pythagoras tempus eſſe arbitratur ambientis nos coeli machinam. Plato mobilem aeternitatis imaginem vel intervallum motus mundi. Eratoſthenes ſolis iter.

Περὶ οὐσίας χρόνου.

Τοῦ δὲ χρόνου τὴν οὐσίαν οἱ Στωϊκοὶ ἡλίου τὴν κίνησιν νομίζουσι. Πλάτων δὲ τὴν πορείαν ταύτην. καί τινες μὲν ἀγέννητον τὸν χρόνον εἶναι, Πλάτων δὲ γεννητὸν κατ᾽ ἐπίνοιαν.

Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.

Οἱ περὶ Παρμενίδην καὶ Μέλισσον καὶ Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην γένεσιν καὶ φθορὰν ἀνῃρήκασιν ἀκίνητον εἶναι τὸ πᾶν ὑπολαβόντες. Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ Ἐπίκουρος καὶ ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν τῶν λεπτῶν σωμάτων κοσμοποιοῦσι, σύγκρισιν μὲν καὶ διάκρισιν εἰσάγουσι. γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς οὐκ οἰκείως, οὐ γὰρ κατὰ ποιὰν ἀλλοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν καὶ συναθροισμὸν γίνεσθαι τὰ πάντα νομίζουσι. Πυθαγόρας δὲ καὶ ὅσοι παθητὴν ὕλην ὑποτίθενται, κυρίως γένεσιν καὶ φθορὰν λέγουσι γίνεσθαι καὶ ἀλλοιώσεις καὶ τροπὰς στοιχείων καὶ διαλύσεις.

De temporis essentia.

Temporis autem essentiam Stoici solis motum existimant. Plato iter ipsum solis. Ac ceteri quidem ignitum tempus arbitrantur: Plato vult genitum ex sensus nostri cogitatione.

De ortu et interitu.

Parmenides, Melissus et Zeno Eleata ideo nec generari nec corrumpi quidquam asseruerunt, quod universum immobile ponunt. Empedocles, Epicurus et ceteri quotquot e minutis corpusculis mundum exstruunt, concretionem et secretionem introducunt. Hi autem neque oriri quidquam neque interire proprie dicunt: nam cum ex congerie, non alteratione gigni res velint, non qualitatis sed quantitatis motum ortus et interitus momentum praecedere faciunt. Pythagoras et alii quicunque materiam pati supponunt, ortum et interitum proprie adstruunt cum elementorum qualitatibus immutatis nasci res et dissolvi.

[33] *Περὶ ἀνάγκης.*

Τὴν ἀνάγκην Θαλῆς ἰσχυροτάτην εἶναί φησι. κρατεῖν γὰρ αὐτὴν τοῦ παντός. Πυθαγόρας δὲ τῷ κόσμῳ τὴν ἀνάγκην περικεῖσθαι ὑπολαμβάνει. Παρμενίδης δὲ καὶ Δημόκριτος πάντα κατὰ ἀνάγκην συμβαίνειν εἰρήκασιν. εἶναι δὲ τὴν αὐτὴν εἱμαρμένην καὶ δίκην καὶ πρόνοιαν. Πλάτων δὲ τὰ μὲν εἰς πρόνοιαν, τὰ δὲ εἰς ἀνάγκην ἀνάγεσθαι.

Τίς οὐσία ἀνάγκης.

Τῶν ἀρχῶν δὲ καὶ τῶν στοιχείων αἰτίαν χρηστικὴν τὴν ἀνάγκην Ἐμπεδοκλῆς ἡγεῖται. Δημόκριτος δὲ τὴν ἀντιτυπίαν καὶ φορὰν καὶ πληγὴν τῆς ὕλης. Πλάτων δὲ ὁτὲ μὲν τὴν ὕλην, ὁτὲ δὲ τὴν τοῦ ποιοῦντος πρὸς αὐτὴν σχέσιν.

Περὶ οὐσίας εἱμαρμένης.

Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμάρμένης λόγον διὰ παντὸς διήκοντα. ἡ δὲ εἱμαρμένη ἐστὶν αἰθέριον σῶμα, σπέρμα τῆς

De neceſſitate.

Thales validiſſimam eſſe neceſſitatem dixit, cum univerſo dominetur. Pythagoras autem exiſtimat neceſſitatem mundo circumfundi. Parmenides vero et Democritus omnia per neceſſitatem dixerunt evenire, eſſe vero ipſam fatum, juſtitiam, providentiam. Plato vero quaedam in providentiam, quaedam in neceſſitatem referri.

Quae eſſentia neceſſitatis.

Empedocles exiſtimat neceſſitatem eſſe cauſam utentem principiis et elementis. Democritus autem reſiſtentiam, motum et impetum materiae. Plato vero nonnunquam materiam, nonnunquam habitum ejus qui circa ipſam operatur.

De fati eſſentia.

Heraclitus eſſentiam fati rationem eſſe omnia pervadentem dicit. Fatum vero eſt corpus aethereum, ſemen

τῶν πάντων γενέσεως. Πλάτων λόγον ἀΐδιον καὶ νόμον ἀΐδιον τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Χρύσιππος δύναμιν πνευματικὴν καὶ τάξιν τοῦ παντὸς διοικητικήν. καὶ πάλιν ἐν τοῖς ὅροις λέγει τὴν εἱμαρμένην, καθ' ἣν τὰ μὲν γεγονότα γέγονε, τὰ δὲ γινόμενα γίνεται, τὰ δὲ γενησόμενα γενήσεται. οἱ δὲ ἄλλοι Στωϊκοὶ εἱρμόν. Ποσειδώνιος δὲ τρίτον ἀπὸ Διός. πρῶτον γὰρ εἶναι τὸν Δία, εἶτα τὴν φύσιν, εἶτα τὴν εἱμαρμένην.

Περὶ τύχης.

Πλάτων αἰτίαν ἐν προαιρετικοῖς κατὰ συμβεβηκὸς καὶ παρακολούθημα. Ἀριστοτέλης αἰτίαν κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς καθ' ὁρμὴν ἕνεκά τινος γινομένοις ἄδηλον καὶ ἄστατον. διαφέρειν δὲ τῆς τύχης τὸ αὐτόματον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης κατ' αὐτομάτου εἶναι ἐν τοῖς πρακτέοις πάντως, τὸ δ' αὐτόματον οὐκ ἀπὸ τύχης. ἐν γὰρ τοῖς ἔξω πράξεως

generationis omnium. Plato rationem aeternam et legem aeternam naturae totius universi. Chrysippus vim spiritalem et ordinem omnia regentem. Et rursus in definitionibus dicit fatum esse id per quod orta nata sunt, nascentia oriuntur, oritura generabuntur. Alii vero Stoici seriem. Posidonius autem tertium a Jove. Primum enim Jovem esse, secundum naturam, tertium fatum.

De fortuna.

Plato fortunam definit causam per accidens et id quod inopinato sequitur in iis, quae fiunt cum electione. Aristoteles causam per accidens in iis, quae secundum appetitum fiunt finis alicujus gratia, incertam eam et instabilem. Differre vero fortunam a casu ex eo quod quae fortuna fiunt, casu quoque fiant cum fortuna solum in nostris actionibus versetur: quae autem fiunt casu non omnia fortuna, in his enim casus consistit quae ad actiones nostras non attinent; et fortunam solum esse ratione praeditorum; casum vero in ratione praeditis et brutis

καὶ τὴν μὲν τύχην τῶν λογικῶν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ τῶν ἀψύχων σωμάτων. Ἐπίκουρος ἀσύστατον αἰτίαν προσώποις, χρόνοις, τρόποις. Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Στωϊκοὶ αἰτίαν ἄδηλον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ· καὶ τὰ μὲν εἶναι κατὰ ἀνάγκην, τὰ δὲ καθ᾽ εἱμαρμένην, τὰ δὲ κατὰ προαίρεσιν· τὰ δὲ κατὰ τύχην, τὰ κατὰ αὐτόματον.

(427) *Κεφάλαιον ια'.*

Περὶ κόσμου.

Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Θαλῆς ἕνα τὸν κόσμον. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος καὶ ὁ τούτου καθηγητὴς Λεύκιππος ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κενῷ. Ἐμπεδοκλῆς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον εἶναι περιγραφὴν τοῦ πέρατος τοῦ κόσμου. οἱ Στωϊκοὶ διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον. τὸ μὲν γὰρ ἅπαν εἶναι σὺν τῷ κενῷ ἄπειρον, ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον, ὥστε οὐ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὅλον καὶ τὸν κόσμον.

animantibus et corporibus vita carentibus. Epicurus inconftantem et ipfe caufam modis, temporibus et perfonis fortunam dicit. Fortunam Anaxagoras et Stoici caufam quam humanus difcurfus affequi non poffit: atque alia quidem neceffitate, alia fato, alia electione, alia fortuna, alia cafu fieri.

Caput XI.

De mundo.

Pythagoras primus hanc rerum omnium congeriem mundum nominavit propter ordinem qui eft in ipfo. Thales unum effe mundum. Democritus et Epicurus et hujus magifter Leucippus infinitos mundos in infinito vacuo. Empedocles folis curfum effe circumfcriptionem terminorum mundi. Stoici differre univerfum et totum: univerfum enim effe cum vacuo infinitum, adeo ut totum et univerfum non fint idem.

Περὶ σχήματος κόσμου.

Οἱ μὲν Στωϊκοὶ τὸν κόσμον σφαιροειδῆ, ἄλλοι κωνοειδῆ, ἄλλοι ᾠοειδῆ. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι τούτων ἕκαστον.

Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔμψυχόν τε τὸν κόσμον καὶ προνοίᾳ διοικούμενον. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος καὶ ὅσοι εἰσάγουσι τὰ ἄτομα καὶ τὸ κενὸν οὐδέτερον τούτων συγχωροῦσι, φύσει δέ τινι ἀλόγῳ διοικεῖσθαι. Ἀριστοτέλης οὔτε ἔμψυχον εἶναι ὅλον δι᾽ ὅλον οὔτε αἰσθητικὸν οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον· τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἁπάντων μετέχειν· σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους καὶ ζωτικούς. τὰ δὲ περὶ γῆν μηδενὸς τούτων μετειληφέναι, τῆς δ᾽ εὐταξίας κατὰ συμβεβηκὸς οὐ προηγουμένως μετέχειν.

De figura mundi.

Stoici rotunda figura mundum conftare dicunt, alii cono, alii ovo fimilem malunt. Epicurus fufcipere harum fingulas.

An mundus fit animatus?

Ceteri quidem omnes mundum effe animatum et prudentia gubernari. Democritus vero et Epicurus ac quotquot atomos et vacuum introducunt horum neutrum concedunt, fed natura quadam bruta et rationis carente adminiftrari. Ariftoteles neque animatum effe totum per omnes partes dicit, neque fenfu neque ratione neque providentia praeditum effe mundum exiftimat; coeleftia enim corpora haec omnia habere, orbes enim continere animatum et vivens. Terreftria vero horum nihil accipere et ordinem per accidens iis non per fe aut a caufa antecedente contingere.

Εἰ ἄφθαρτος ὁ κόσμος.

Τὸν Πυθαγόραν τε καὶ Πλάτωνα ὑπὸ θεοῦ γεγονέναι τὸν κόσμον καὶ πάντας τοὺς διαδεδεγμένους τούτους ὑπο- (430) *λαμβάνειν εἰρήκασι. καὶ εἶναι μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει φθαρτὸν, αἰσθητὸν ὑπάρχειν, οὐ μὴν φθαρησόμενον προνοίᾳ τοῦ πεποιηκότος. Ἐπίκουρος δὲ καὶ οἱ Στωϊκοὶ φθαρτὸν νομίζουσιν ὅτι γεννητὸς, ὡς ζῶον, ὡς φυτόν. Ἀριστοτέλης δὲ τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην μέρος παθητὸν καὶ φθαρτὸν, ἐν ᾧ τὰ περίγεια κηραίνεται.*

Πόθεν τρέφεται ὁ κόσμος;

Ἀριστοτέλης εἰ τρέφεται φθαρήσεσθαι νενόμικεν. οὐδέτερον δὲ τούτων τῷ κόσμῳ συμβεβηκέναι. Πλάτων ἐκ τοῦ φθίνοντος κατὰ μεταβολὴν τρέφεσθαι τοῦτόν φησι. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος διττὴν εἶναι φθορὰν ὑπέλαβεν. τὸ μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥυέντος, τὸ δ' ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ περὶ τοὺς ἀστέρας ὑπερχεόμενον· καὶ τούτων εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τοῦ κόσμου.

An mundus ſit incorruptibilis?

Pythagoras et Plato et omnes qui eorum ſecuti ſunt opiniones, exiſtimare ſe mundum a deo factum dixerunt et eſſe natura ſua corruptibilem, ſenſibilem, providentia tamen opificis non interiturum. Epicurus autem et Stoici mundum corruptibilem concedunt quoniam ortus fuit, ut animal, ut planta. Ariſtoteles autem mundi partem ſublunarem et paſſivam et corruptibilem eſſe et in qua terreſtria corrumpuntur.

Unde mundus alatur?

Ariſtoteles putat ipſum mundum ſi nutriatur interiturum. Horum vero neutrum mundo contingere. Plato dicit iis nutriri quae corrumpuntur ſecundum mutationem. Philolaus Pythagoricus duplicem eſſe interitum exiſtimavit, unum igne coeleſti defluente, alterum aqua lunari circa ſtellas ſuperfuſum. Atque horum exhalationes eſſe alimentum mundi.

Ἀπὸ ποίου στοιχείου ἦρκται ὁ θεὸς κοσμοποιεῖν.

Οἱ φυσικοὶ ἀπὸ γῆς ἦρχθαι λέγουσιν αὐτὸν καθάπερ ἀπὸ κέντρου. Πυθαγόρας δὲ ἀπὸ πυρός. Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν αἰθέρα πρῶτον διακριθῆναί φησι, δεύτερον δὲ πῦρ, ἐφ᾽ ᾧ γῆ ἐξενήνεκται, εἶτα ὕδωρ, ἐξ οὗ ἀποθυμιασθῆναι τὸν ἀέρα. γενέσθαι δὲ τὸν μὲν οὐρανὸν ἐκ τοῦ ἀέρος, τὸν δὲ ἥλιον ἐκ τοῦ πυρός. Πλάτων δὲ γεγονέναι τὸν κόσμον, ἣν γίγνηται, πρὸς παράδειγμα τοῦ νοήματος. τοῦ δὲ ὁρατοῦ πρότερον μὲν τὴν ψυχὴν, μετὰ δὲ ταύτην τοῦ σώματος εἶδος γεγονέναι ἐκ τοῦ πυρὸς μὲν καὶ γῆς πρῶτον, ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος δεύτερον. Πυθαγόρας σώματα τῶν στερεῶν ᾠήθη, ἅπερ καλεῖ μαθηματικά. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ κύβου γεγονέναι τὴν γῆν φησι, ἐκ δὲ τῆς πυραμίδος τὸ πῦρ, ἐκ δὲ τοῦ ὀκταέδρου τὸν ἀέρα, ἐκ δὲ τοῦ εἰκοσαέδρου τὸ ὕδωρ, ἐκ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου τὴν τοῦ παντὸς σφαῖραν. Πλάτων δὲ συμφέρεται καὶ ἐν τούτῳ τῷ Πυθαγόρᾳ.

A quo elemento coepit deus mundum facere?

viridia, pituitosa et graveolentia. Urinae vero quae nullum habent sedimentum, omnes malae, haeque significant multitudinem causarum, morborum diversitatem et horum augmentum et imminutionem, secretionem, crisin, coctionem et cruditatem et futurorum periculorum modos. Oportet autem medicum haec omnia considerare, accuratam victus rationem, copiam causarum et excessum haud noxium observare. Atque haec omnia de his urinis quatenus ex iis dignotio aut praenotio potest institui.

ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΤΙΝΩΝ.

Ed. Chart. VIII. [352.]

[352] *Κεφ. α΄. Οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν, ὅταν λευκή τε ἡ ὑπόστασις εἴη καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ περὶ πάντα τὸν χρόνον ἔστ᾿ ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. σημαίνει γὰρ τὴν ἀσφάλειάν τε καὶ τὸ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. ἢν δὲ καὶ διαλείπει καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρεῖ, ποτὲ δ᾿ ὑφίσταται τὸ λευκόν τε καὶ λεῖον, καὶ χρονιωτέρα γίνεται ἡ νοῦσος καὶ ἧττον ἀσφαλής. εἰ δὲ εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον καὶ*

DE URINIS EX HIPPOCRATE, GALENO ET ALIIS QUIBUSDAM.

Cap. I. Optima urina eſt quum ejus album fuerit ſedimentum et laeve et aequale toto tempore donec judicatus fuerit morbus; ſignificat namque tum ſecuritatem tum brevem fore morbum. Si vero intermittat et interdum purum meiatur, interdum ſubſideat album quoddam et laeve, tum diuturnior efficitur morbus et minus tutus. Si fuerit urina ſubrubra et ſedimentum ſubrubrum et

Ed. Chart. VIII. [352.]
ἡ ὑπόστασις ὑπέρυθρός τε καὶ λείη πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ προτέρου, σώτερον δὲ κάρτα. κριμνώδεις δὲ ἐν τοῖς οὔροις αἱ ὑποστάσεις πονηραί. τούτων δὲ ἔτι κακίους καὶ πεταλώδεις· λεπταὶ δὲ καὶ λευκαὶ κάρτα φαῦλαι· τούτων δ' ἔτι κακίους αἱ πιτυρώδεις. νεφέλαι δὲ ἐναιωρούμεναι καὶ ἐμφερόμεναι τοῖς οὔροις λευκαὶ μὲν ἀγαθαὶ, μέλαιναι δὲ φαῦλαι. ἢν δὲ λεπτὸν οὖρον εἴη καὶ πυῤῥὸν ἄπεπτον εἶναι δηλοῖ τὸ νόσημα καὶ πολυχρόνιον. τὸ δὲ οὖρον τοιοῦτον ὂν ἀκινδύνως μὲν οὐ δυνήσεται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι ἔστ' ἂν πεπανθῇ τὸ οὖρον, θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων τά τε δυσώδη καὶ ὑδατώδη καὶ μέλανα καὶ παχέα. τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα· τοῖσι δ' αὖ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. ὁκόσοισι δὲ τὰ οὖρα λεπτά τε καὶ ὠμὰ πολυχρόνια ἂν καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα ὡς περιεσόμενα εἴη, τουτέους ἂν ὑπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι εἰς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ὑφισταμένας ἀραχνοειδεῖς μέμφεσθαι χρὴ, συντήξεως γὰρ σημεῖόν ἐστι. σκοπεῖν δὲ δεῖ τῶν οὔρων ἐν οἷς εἰσιν αἱ νεφέλαι ἄν τε κάτω ὦσιν ἄν τε ἄνω, καὶ τὰ

laeve diuturniorem hunc priore, verum valde ſalutarem. Craſſioris autem farinae ſpecie in urinis hypoſtaſes pravae; his adhuc pejores ſunt etiam ſquamoſae; at tenues et albae admodum malae; quibus deteriores furfuraceae. Nebulae ſuſpenſae et mobiles in urinis, albae quidem bonae, nigrae vero malae. Si tenuis et rufa fuerit urina morbum ſignificat crudum ac diuturnum. At haec urina quum talis eſt, homo quoad cocta ſit urina perſeverare non poteſt. Lethales autem magis ſunt male olens et aquoſa et atra et craſſa. Virilis autem ſive muliebris urina atra, peſſima; infantibus autem aquoſa. Quibus urinae tenues et crudae *minguntur* diuturnae, ſi alia ſigna tanquam evaſuris adfuerint, hos abſceſſum ad ſepti transverſi regiones infernas exſpectare oportet. Pinguedines quoque ſuperne innatantes araneoſas licebit improbare, colliquationis enim ſignum eſt. Conſiderandae porro urinae in quibus ſunt nebulae, ſurſumne an deorſum meent quosque colores ha-

χρώματα ὁκοῖα ἔχωσι καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας σὺν τοῖς χρώμασιν οἷς εἰρήκαμεν ἀγαθὰς εἶναι νομίζειν καὶ ἐπαινέειν· τὰς δὲ ἄνω [353] ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται· κακὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε αὐτὴ ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τι ἀποδιδῷ τούτων· οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖόν ἐστιν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑαυτήν. ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδη, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρετοῖσι πλῆθος ἐλθὸν ἐκ τούτων λεπτὸν ὠφελέει, μάλιστα δὲ τοσαῦτα ἔρχεται οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει. οἷσι δὲ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν ἢ παρέσονται. οἷσιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπὶ νεφέλη ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν ὂν καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον. ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα, λευκὰ, πονηρὰ, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖς ἐπιφαίνεται. οἷσιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι ῥύεται τῆς ἀποστάσεως οὖρον παχὺ καὶ πολὺ καὶ λευκὸν γιγνόμενον οἷον ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίγνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ,

beant; deorsum enim labentes cum coloribus jam memoratis bonas existimare et laudare oportet; sursum vero cum dictis coloribus natantes malas esse decet arguere. Nec te fallat vesica morbo affecta quae hujusmodi aliquam reddat urinam, nec enim totius corporis esse signum, sed ipsius per sese. Quibus urinae crassae, grumosae, paucae, non febricitantibus copia ex his tenuis adveniens prodest; praecipue tales adveniunt quibus a principio vel e vestigio stabilitur hypostasis. Quibus urinae perturbatae velut jumentorum, iis cephalalgiae aut adsunt aut aderunt. Quibus septimo die fit crisis, iis nubecula rubra quarto die in urina apparet et alia ex ratione. Quibus urinae perspicuae, albae sunt, improbae praecipue in phreniticis apparentes. Quibus speratur abscessus futurus ad articulos, eos liberat ab abscessu urina multa, crassa et alba, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri; si vero etiam ex naribus fluxerit sanguis brevi admodum

Ed. Chart. VIII. [353.]
καὶ πάνυ ταχέως λύεται. ὁκόσοισιν ἢ αἷμα ἢ πῦον οὐρῇ τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει. ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγενομένου, τουτέοισι κοιλίαι καθυγραίνονται ἢ μὴ φῦσαι καταῤῥαγῶσιν ἢ οὔρου πλῆθος ὑπέλθῃ· ἐπὶ πυρετοῖς δὲ ταῦτα. οἷσιν ἐν τῷ οὔρῳ παχὺ ἐόντι σαρκία σμικρὰ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὔρῳ παχὺ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρεῖται, τούτων ἡ κύστις ψωριᾷ. ὁκόσοισι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν σημαίνει φλεβίου ῥῆξιν. οἷσιν ἐν τοῖς οὔροις ψαμμώδεα ὑφίσταται, τούτοις ἡ κύστις λιθιᾷ. ἢν δὲ ψαμμῶδες αἷμα οὐρέει καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ πρὸς τὸ ἐπιγάστριον καὶ τὸν κτένα καὶ τὸ περιναῖον τὰ περὶ τὴν κύστιν πονέει. ἢν δὲ αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ καὶ λεπίδας καὶ ὀδμὴ βαρείη τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει. οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γιγνομένη σμικρὴν τὴν διαχώρησιν σημαίνει. ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖς οὔροισι κριμνώ-

ſolutio fit. Quibus ſanguis vel pus meitur renum vel veſicae exulcerationem ſignificat. Quibus hypochondria ſublata murmurantia dolore lumborum accedente, iis alvi humectantur niſi flatus erumpant vel urinae proveniat copia; haec ſane in febribus. Quibus in urina craſſa exiſtente minutae carunculae tanquam pili pariter adveniunt, iis a renibus excernitur. Quibus in urina craſſa exiſtente furfuracea eminguntur, eorum veſica ſcabie laborat. Quibus ſponte ſanguis mingentibus exit, eis a renibus ſignificatur venulae ruptura. Quibus in urinis arenoſa ſubeſt materia, iis veſica calculo laborat; quod ſi ſanguis arenoſus meiatur grumosque et ſtranguriam habeat dolorque incidat ad imum ventrem, pubem et perinaeum, partes circa veſicam laborant; quod ſi ſanguinem aut pus meiat aut ſquamulas ſimulque gravis odor adſit veſicae exulcerationem ſignificat. Mictio noctu copioſe facta exiguam dejectionem ſignificat. Quibus per febres in urinis ſedimenta

Ed. Chart. VIII. [353.]

δεες ὑποστάσεις γίνονται μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν. ὁκόσοισι δὲ χολώδεις αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξείην τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν. ὁκόσοισι διεστηκότα τὰ οὖρα γίγνονται, τουτέοισι ταραχὴ ἐν τῷ σώματι ἰσχυρή ἐστιν. ὁκόσοισι δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες νεφριτικὴν σημαίνει καὶ μακρὰν τὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι. ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ὑπόστασις καὶ ἀθρόη, τούτοισι νεφριτικὰ ὀξέα σημαίνει. ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δεῖνοί τε ἀπ᾽ ἀρχῆς εἰσι καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς καὶ οὖρον λεπτὸν, τουτέοισι δεῖ προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνθησόμενον τὸν πυρετόν· οὐ θαυμάσαι μηδ᾽ ἂν οὐ δεῖ παραφρονήσειν ὅταν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζηται. ὁκόσοισι δὲ νεφριτικοῖς ἐοῦσι προειρημένα συμβαίνει σημεῖα πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται· εἰ μὲν οὖν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γίγνονται καὶ τὰ ἀποστήματα προσδέχου ἔξω ἐσόμενα· ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι περὶ τοὺς ἔσω τόπους γίγνονται καὶ τὰ ἀποστήματα προσδέχου εἴσω. ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ

crassiorem farinam referunt morbi longitudinem significant. Quibus biliosae *sunt* hypostases, superne autem tenues, acutum morbum significant. Quibus urinae sunt divulsae, iis vehemens fit in corpore perturbatio. Quibus in urinis innatant bullae nephriticum morbum eumque longum fore denunciant. Quibus pinguis hypostasis et accumulata, iis nephriticos et acutos affectus significat. Quibus febrium vertigines a principio sunt et pulsus capitis et urina tenuis, eis ad crises febrem exacerbari exspectandum est; nec mirari quum caput circumferri videbitur, si in delirium prociderint. Quibus ex renibus laborantibus praedicta signa contingunt laboresque circa musculos spinales exstiterint, si in locis sint exterioribus, abscessus exspecta foris futuros; sin in locis interioribus fuerint, dolores abscessus in interioribus fore exspectato. Si sanguinem meiat et grumos stranguriaque laboret dolorque ad

Ed. Chart. VIII. [353. 354.]
καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ εἰς τὸ περιναῖον καὶ τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει. οἷσιν ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα ἢ καὶ παχέα, τοὺς τοιούτους δεῖ ὑποκαθαίρειν ἢ καὶ τἄλλα ξυμφέρει. ὁκόσοις δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούτους· ἀλλ' ἢν δοκεῖ κλύσε τούτους, ξυμφέρει οὕτω θεραπεύεσθαι. τεκμαίρεσθαι δεῖ ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι. ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα, ἢν βελτίω· ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα. σωτηρίην μὲν γὰρ δηλοῖ τὰ παχύτερα καὶ ὠχρότερα. ταῦτα δέ τοῦ Ἱπποκράτους οὕτως ἐξηγεῖται ὁ [354] Γαληνός. σαφῶς δὲ νῦν τὰ παχύτερα τοῖς λεπτοῖς παραβάλλων εἶπεν· οὐ τοῖς κατὰ φύσιν, τά γε μὴν λεπτὰ καὶ μέλανα χείριστα. πρὸς γὰρ τῶν λεπτῶν μόνων γινομένων ἄπεπτον δηλοῦται τὸ νόσημα· τὸ γὰρ ἀκριβῶς λεπτὸν ὑδατῶδές ἐστιν, ὥστε καὶ λευκόν. ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχει, χρόνον τε σημαίνει καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίαν· ἐπὶ τῶν πυρεκτικῶν μάλιστα νοσημά-

perinaeum, epigaftrium imumque ventrem incidat; oftendit quae circa veficam funt partes morbo laborare. Quibus a principio urinae funt nebulofae vel etiam craffae purgandi funt fi cetera conferre videantur. Quibus a principio urinae funt tenues, iis medicamentum ne exhibeas; at fi videbitur, clyfteribus utere, ita namque fi curentur, profuerit. Quod futurum eft in febribus ex urinis conjiciendum eft. Nam fi craffiores et pallidiores, meliores erunt urinae; fi tenuiores et nigriores, erunt deteriores; falutem namque praenunciant craffiores et pallidiores. Hunc Hippocratis locum Galenus hoc modo interpretatur. Manifefto nunc craffiores tenuibus comparans dixit; haud fecundum naturam fe habentibus tenues fane ac nigrae peffimae funt; a folis namque tenuibus incoctus fignificatur morbus, accurate namque tenuis aquofa eft, ficut et alba. At fi mutationes habeat, temporis diuturnitatem fignificat; morboque neceffitatem commutandi inaequalitatem in deteriorem et meliorem. *Ex febrilibus*, inquit

Ed. Chart. VIII. [354.]
των, εἰπέν που ὁ Ἱπποκράτης, ἡ ἐκ τῶν οὔρων σημείωσις χρησιμωτάτη καθέστηκε.

Κεφ. β'. Ἐπειδὴ δὲ πᾶν τὸ παρὰ φύσιν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν εὑρίσκεται ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἀρξώμεθα. οὖρον μὲν οὖν ἄριστον ἐπὶ τῶν ἐν ὑγείᾳ καὶ εὐεξίᾳ διακειμένων ἀνθρώπων ὑπόπυῤῥόν τε ἢ ὑπόξανθον καὶ τῷ πάχει σύμμετρον κείμενον, τοιοῦτον τῇ χροιᾷ οἷον ἀπουρηθῇ, λείαν δὲ καὶ λευκὴν καὶ ὁμαλὴν ὑπόστασιν ἔχον παρὰ πάντα τὸν χρόνον, πλὴν δὲ κατὰ λόγον τοῦ πινομένου. ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν τὸ κατὰ φύσιν οὖρον τῇ χροιᾷ λευκότερον τοῦ ἀνδρὸς εἶναι χρὴ καὶ ὑπόστασιν ἔχον πλείονα. τῶν δὲ παιδίων ἱκανῶς ἔχειν παχεῖαν αὐτοῦ ὑπόστασιν χρὴ διὰ τὴν τῶν παίδων ἀδηφαγίαν καὶ ἄτακτόν τε καὶ ἄκαιρον κίνησιν. λείαν δὲ ὑπόστασιν Ἱπποκράτης καλεῖ καὶ τὸ συνεχὲς καὶ ἀδιάσπαστον δηλῶσαι βουλόμενος. τὸ γὰρ λεῖον ἀντίκειται τῷ τραχύνοντι. ὁμαλὴν δὲ, ἵνα δι' ὅλου ἀεὶ ὅμοιον οὐρῆται καὶ μεταπεπεμμένον καὶ μὴ τὸ ἑξῆς ἄπεπτον μήτε τὴν ὑπόστασιν ἢ τὸ χῦμα ὅλον ἔχει ἀνώμαλον.

Hippocrates, *praecipue morbis urinarum ſignificatio colligitur utiliſſima.*

Cap. II. Sed quoniam quidquid eſt praeter naturam ab eo quod ſecundum naturam eſt invenitur, a naturalibus exordiamur. Urina igitur in ſanitate bonoque habitu conſtitutis hominibus optima eſt quae ſubrufa aut ſubflava, craſſitie mediocris quaeque colorem non mutat; quumque emicta fuerit, laevem et albam et aequalem perpetuo ſervat hypoſtaſin juxta bibentis rationem. In foeminis naturalis urina colore albior fiat quam in viris neceſſe eſt majoremque habeat hypoſtaſin. At infantium craſſa eſt admodum hypoſtaſis propter puerorum voracitatem inordinatumque et intempeſtivum motum. Laevem autem hypoſtaſin vocat Hippocrates continuam et indivulſam ſignificare volens; laeve ſiquidem opponitur aſpero; aequalem vero ut in totum ſemper ſimilem mingat; nam quae manet concocta neque deinde inconcocta, non utique hypoſtaſin vel liquorem totum habet inaequalem. Si quaera-

Ed. Chart. VIII. [354.]

ζητῶμεν οὖν ἐπὶ τοῦ κατὰ φύσιν οὔρου χρῶμα καὶ σύστασιν τοῦ χύματος καὶ τὰ παρεμφερόμενα ἐν τῷ χύματι οἷον νεφέλην· ὑπὸ νεφέλης ἐναιώρημα καὶ τὴν ἐν τῷ πυθμένι ὑπόστασιν. εὔδηλον γὰρ ὅτι κατὰ τούτων τρεπόμενον τὸ οὖρον ἀπεψίαν τὴν ἐν ταῖς φλεψὶν ἐνδείκνυται.

Κεφ. γ'. Ἄριστον μὲν οὖν ἐστιν οὖρον ἐπὶ τῶν νοσούντων τὸ τοῖς ὑγιαίνουσιν ὁμοιότατον ὕπωχρον ἢ ὑπόξανθον καὶ λευκὸν καὶ λείαν καὶ ὁμαλὴν ὑπόστασιν ἔχον· ὑποδεέστερον δὲ τὸ ἔχον ἐναιώρημα λευκὸν καὶ λεῖον καὶ ὁμαλόν. ἔστι δὲ τούτου ἀπεπτότερον τὸ νεφέλην τοιαύτην ἔχον ἢ ὑπονέφελον. ἐφ' ὧν γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἐν τῷ βάθει παχὺ καὶ ἄπεπτον, ἢν μὲν ὀλίγον εἴη, συνεχώρησε τὴν ὕλην λοιπὸν ἐπὶ τὸν πυθμένα φέρεσθαι τοῦ ἀγγείου· διαμερίζον δὲ αὐτὴν οὐ συγχωρεῖ ἑνοῦσθαι. εἰ δέ τι πλεονάσῃ τὸ ἄπεπτον ἐν τῷ βάθει πνεῦμα ἐωρίζει τὴν ὑπόστασιν κατὰ τὸ μέσον τοῦ χύματος καὶ ποιεῖ τὸ καλούμενον ἐναιώρημα. εἰ δὲ ἔτι καὶ μᾶλλον εἴη πλεῖον τὸ ἄπεπτον πνεῦμα, πρὸς τὴν ἄνω ἐπιφάνειαν τοῦ χύματος φέρει τὴν ὑπόστασιν τὴν

mus igitur in naturali urina colorem vel liquoris consistentiam et in ipso liquore contenta ut nebulam, sub nubecula suspensum et in fundo hypostasin, non dubium quin ad haec conversa urina cruditatem indicet in venis existere.

Cap. III. Optima igitur urina in aegrotantibus est quae simillima sanorum urinae, subpallida vel subflava et albam et laevem et aequalem habet hypostasin; at deterior suspensum habet album, laeve et aequale. Est porro incoctior quae nebulam habet quaeque est subnubilata. In qua enim flatus est in profundo crassus et incoctus, si paucus quidem sit, extrudit reliquam materiam ut ad fundum vasis deferatur; ipsamque dividendo uniri non permittit. Quod si quis redundet crudus in fundo flatus, attollit ad liquoris medium hypostasin facitque id quod suspensum nominatur. Quod si flatus impendio plus fuerit crudus ad superiorem liquoris superficiem agit hypo-

Ed. Chart. VIII. [354. 355.]
καλουμένην νεφέλην ἢ ὑπονεφέλην. ἐφ᾽ ὅσον οὖν ἰσχύη τὸ πνεῦμα μερίζειν καὶ μετεωρίζειν τὴν ὑπόστασιν, ἐπὶ τοσοῦτον ἀπεπτότερον νόμιζε εἶναι τὸ οὖρον. ἢν δὲ μήθ᾽ ὑπόστασιν μήτε ἐναιώρημα μήτε ὑπονεφέλην μήτε νεφέλην ἴσχῃ τὸ οὖρον εἰδέναι χρὴ ὅτι ὑπὸ τῶν νοσοποιῶν χυμῶν ἔπεψεν ἡ φύσις. εἰ δὲ ποτὲ μὲν ἔχει ὑπόστασιν ἢ ἐναιώρημα ἢ ὑπονεφέλην ἢ νεφέλην, ποτὲ δὲ οὔ, μάχην δηλοῖ τῆς φύσεως πρὸς τὸ νόσημα. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀκριβῶν τριταίων καὶ ἐφημερίνων νεφέλη [355] μόνον ἢ ἐναιώρημα πολλάκις ἤρκεσε πρὸς λύσιν τοῦ νοσήματος, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ εὔχρουν γενέσθαι τὸ οὖρον μόνον. πολλάκις δὲ τὸ λευκὸν χρῶμα τοῦ παραφερομένου ἐν τῷ χύματι ἀπατᾷ τοὺς ἰδιώτας, ὡς ὑπόστασιν χρηστὴν νομίζεσθαι μὴ οὖσαν χρηστήν· συμβαίνει γὰρ ὠμὸν χυμὸν καὶ λευκὸν συνεκκρινόμενον τῷ οὔρῳ ὑφίστασθαι καὶ φαντασίαν ὑποστάσεως χρηστῆς παρέχειν· ἐνίοτε δὲ ἥπατος ἢ νεφρῶν πεπονθότων πύον ἐκκρίνεται σὺν τῷ οὔρῳ καὶ ὑφιστάμενον ἀπατᾷ καὶ τὸν τεχνίτην· ἀλλὰ πρότερον διορίζεσθαι χρὴ τῷ προπεπονηκέ-

ſtaſin, quae nebula aut nubecula nuncupatur. Quanto igitur potuerit flatus dividere nec attollere hypoſtaſin, tanto crudiorem eſſe urinam exiſtima. Quod ſi neque hypoſtaſin neque ſuſpenſum neque nebulam neque nubeculam habuerit urina, ſciendum eſt a morbificis humoribus naturam corruiſſe. Quod ſi interdum quidem habeat hypoſtaſin vel enaeorema vel nebulam vel nubeculam, quandoque autem non, pugnam naturae adverſus morbum ſignificat. In exquiſitis namque tertianis et quotidianis nebula ſolum vel ſuſpenſum ſaepenumero ad morbi ſolutionem ſatis fuit: quandoque vero bene coloratam dumtaxat eſſe urinam. Plerumque etiam color albus ejus quod in liquore circumfertur rudes decipit, quod hypoſtaſin utilem quae non ſit eſſe opinentur, evenit ſiquidem ut crudus humor et albus cum urina excretus ſubſidat praebeatque videndam utilem hypoſtaſin; quandoque etiam jecore aut renibus affectis pus cum urina excernitur et ſubſidendo fallit etiam *minus cautum* artificem; ſed prius definiendum eſt homi-

Ed. Chart. VIII. [355.]

ναι τὸν ἄνθρωπον ἢ νευρὸν ἢ ἧπαρ ἢ ἕτερόν τι μόριον τῶν εἰωθότων διὰ τῶν οὔρων καθαίρεσθαι. ἔπειτα δὲ καὶ δυσῶδες εὑρίσκεται τὸ μετέχον πύου· ὁ δὲ ὠμὸς χυμὸς διορίζεται διὰ τῶν χρηστῶν ὑποστάσεων τῇ ἀνωμάλῳ συστάσει τοῦ παρυφισταμένου. οὐ γὰρ συνεχὲς ἑαυτῷ μένει ἀλλὰ διαμερίζεται εἰς μικρὰ οἷον ψαμμία καὶ οὐδ᾽ ὅλως λεῖόν ἐστι καθὼς ἡ ἀληθὴς ὑπόστασις. καὶ ἐπὶ μὲν οὖν τῶν χρηστῶν οὔρων πρῶτον μὲν ἐπιφαίνεται νεφέλη, ἔπειτα ὑποκαταβαίνουσα ποιεῖ τὸ ἐναιώρημα. ἐπὶ τέλος δὲ ὑφιζάνουσα ἐν τῷ πυθμένι τοῦ ἀγγείου ποιεῖ τὴν ὑπόστασιν, δηλονότι ὅταν τελείως πεφθῇ· ἐπὶ δὲ τῶν ὠμῶν χυμῶν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸν πυθμένα τοῦ ἀγγείου ὑποχωρεῖ πλῆθος πολὺ μετὰ τοῦ εἶναι κακόχρουν καὶ τὸ χῦμα ὅλον. ἔπειτα δὲ κατὰ βραχὺ πεττόμενον καὶ λεπτυνόμενον αἰωρεῖται κατὰ τὸ μέσον τοῦ χύματος καὶ ποιεῖ τὸ ἐναιώρημα. ὅταν δὲ ἐπὶ πλέον λεπτυνθῇ καὶ πεφθῇ, ὑφίσταται ἐπὶ τὸ χῦμα καὶ ποιεῖ τὴν νεφέλην καὶ πλανᾷ δηλονότι τοὺς ἰδιώτας, ὡς ὑπολαμβάνειν ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαίνειν τὴν ἀῤῥωστίην.

nem aut renis aut jecoris alteriusve alicujus partis quae per urinas ſolet expurgari morbo laboraſſe; deinde etiam graviter olens puris particeps invenitur. At crudus humor per utiles hypoſtaſes diſtinguitur ab inaequali ſubſtantia ipſius contenti; neque enim id ſibi continuum manet, ſed in minutas partes diſpeſcitur tanquam arenulas; neque omnino laeve eſt, ſicut eſt vera hypoſtaſis. In bonis autem urinis primum quidem apparet nebula, deinde ſuccedens ſuſpenſum facit; poſtremo reſidens in fundo vaſis hypoſtaſin facit, nimirum quum perfecte id concoctum fuerit. Verum in crudis humoribus ſtatim ab initio in vaſis fundum delabitur multa copia, quod et mali coloris ſit totus liquor; deinde paulatim concocta et attenuata ad medium liquoris attollitur facitque ſuſpenſum; quum vero valde attenuata ac concocta fuerit, ſubſidet in liquore et nebulam facit planeque ignaros fallit, ut exiſtiment morbum in deterius lapſum eſſe.

Ed. Chart. VIII. [355.]

Κεφ. δ'. Εἰ μὲν γὰρ τὸ οὖρόν ἐστι χολωδέστερον καὶ ἡ ὑπόστασις ὁμοία, ὀφείλεις κενῶσαι εἴτε δι' οὔρων εἴτε καθάρσει. εἰ δὲ τὸ χρῶμα εἴεν χολῶδες, ἡ ὑπόστασις δὲ λευκὴ, χολὴ μετὰ φλέγματος εἴεν καὶ κένωσον καὶ τὰ ἀμφότερα. ἢν δὲ τὸ χρῶμα χολῶδες καὶ ἡ ὑπόστασις ἐρυθρὰ εἴτε σαφῶς ἢ ἀμυδρῶς ἢ πλείονος γινομένης. εἰ μὲν ἔῤῥωται ἡ δύναμις φλεβοτόμει, εἰ δὲ ἀσθενεῖ, κάθαρον τὸν τοιοῦτον ἢ διαίτη ἀρκέσει μόνον.

Κεφ. ε'. Ἕτερόν τι δηλονότι τὸ λεπτὸν καὶ ὠχρὸν οὖρον ἄπεπτον μὲν τῇ συστάσει, τῷ δὲ χρώματι πεπεμμένον· ἀσθένειαν δὲ δηλοῖ τουτέῳ τῆς φύσεως· τῷ μὲν γὰρ χρώματι ὅ τι ἔπεψεν ὡς ῥᾴδιον ὄν· οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῇ συστάσει διὰ τὸ δυσκολώτερον. εἰ δὲ καὶ πολὺν χρόνον φέρεται τοῦτο ἀκίνδυνος μὲν οὐ δυνήσεται διαρκέσαι ὁ ἄνθρωπος ἕως ἂν πεφθῇ ἡ νόσος· τὸ γὰρ πάνυ λεπτὸν φαῦλον. δηλοῖ γὰρ ἀπεψίαν παρ' ὅσον χρὴ τὸ θερμὸν ἐκβόσκεσθαι τὸ λεπτομερέστερον.

Τί δηλοῖ τὸ λεπτὸν καὶ πυῤῥὸν οὖρον; τὸ λεπτὸν τῇ

Cap. IV. Si equidem urina fuerit magis biliofa et hypoftafis fimilis, debes evacuare five per urinas five purgatione. Si vero biliofus fuerit color, hypoftafis autem alba; erit bilis cum pituita; utrumque evacuato. Si color fuerit biliofus et hypoftafis rubra five manifefto five obfcure vel plus fuerit; fi facultas valida, mitte fanguinem ex vena; fin imbecillis fit, huic purgatio vel fola diaeta fatis erit.

Cap. V. Alia quaedam omnino tenuis et pallida urina cruda quidem confiftentia, cocta vero colore, huic naturae imbecillitatem oftendit; colore namque id quod erat facile concoxiffe; confiftentia vero quod erat difficilius, non concoxiffe demonftrat. Sin autem multo tempore ejusmodi feratur urina non citra periculum poterit homo perfeverare quoad morbus fuerit concoctus, omnino enim tenuis, prava; cruditatem namque fignificat quatenus calorem partem tenuiorem oportuit abfumere.

Quid indicat urina tenuis et fulva? Tenuis confi-

συστάσει καὶ πυῤῥὸν τῷ χρώματι βέλτιον τοῦ ὠχροῦ· ὅμως ἄπεπτον διὰ τὴν σύστασιν.

Τί δηλοῖ τὸ ἐρυθρὸν οὖρον; ἀπεψίαν, οὐ θάνατον, ἀλλὰ χρόνον [356] δεῖσθαι εἰς πέψιν. ἔστι γὰρ ἐξ αἵματος ἰχωροειδοῦς μήπω τελείαν πέψιν λαβόντος μηδὲ τὴν ἰδίαν χρόαν καὶ διὰ τοῦτο χρονιώτερον σημαίνει τὸ νόσημα. ἐπὶ δὲ τῶν συνόχων πυρετῶν ἐπὶ πλῆθος αἵματος συνισταμένων ἐκκρίνεται οὖρον ἐρυθρὸν καὶ παχὺ μετὰ ὑποστάσεως ἐρυθρᾶς· καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο καὶ τῷ χρώματι καὶ τῇ συστάσει τοῦ χύματος καὶ τῷ παρυφισταμένῳ ἄπεπτον. τοῦ δὲ ἀπέπτου νοσήματος τὸ οὖρον πυῤῥὸν μὲν τῷ χρώματι, τὸ δὲ τῇ συστάσει λεπτόν.

Τί δηλοῖ τὸ λεπτὸν οὐρούμενον καὶ ἔξω ἀναθολούμενον; ἄπεπτον μὲν διὰ περιουσίαν πνεύματος παχέος, δηλοῦν δὲ τὴν φύσιν ἄρχεσθαι πέττειν.

Τί δηλοῖ τὸ παχὺ οὐρούμενον καὶ μένον παχύ; τὸ τοιοῦτον οὐρούμενον καὶ αὖθις μένον οἷα τὰ τῶν ὑποζυγιῶν ἀκμάζειν δηλοῖ τὴν τῶν παχέων χυμῶν καὶ πνευμάτων οἷον

ſtentia et fulva colore melior eſt quam pallida, cruda tamen eſt ob conſiſtentiam.

Quid indicat urina rufa? Cruditatem, non mortem indicat, verum tempore ad coctionem opus eſſe; eſt enim ex ſanguine ſeroſo qui nondum perfectam coctionem neque proprium colorem fuerit adeptus atque propterea morbum ſignificat diuturniorem. In ipſis autem ſynochis febribus quae a ſanguinis copia fiunt excernitur urina rufa et craſſa cum rubro ſedimento; atque clarum eſt urinam ejusmodi colore et liquoris conſiſtentia et contento crudam eſſe; et crudi morbi urina colore quidem rubra eſt, conſiſtentia vero tenuis.

Quid indicat urina quae tenuis meitur et ab externis turbatur? Cruda quidem eſt propter exuberationem craſſi flatus; naturam autem aggredi coctionem indicat.

Quid indicat urina craſſa micta talisque permanens? Quae talis mingitur et poſtea permanet qualis jumentorum vigere velut fermentationem craſſorum humorum et fla-

Ed. Chart. VIII. [356.]

ζύμωσιν· ἐπὶ τούτων κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν ἢ παρέσονται διὰ τὴν ἐν τοῖς χυμοῖς ταραχὴν καὶ τὰς ἀναθυμιάσεις.

Τί δηλοῖ τὸ παχὺ οὐρούμενον καὶ μετὰ ταῦτα καθιστάμενον; παύεσθαι μὲν τὴν ἐν τοῖς χυμοῖς ζύμωσιν καὶ λεπτύνεσθαι μεμετρημένον δηλοῖ τὸ ποσὸν, ἐντεῦθεν καὶ ἄρχεσθαι τὴν διάκρισιν.

Τί δηλοῖ τὸ λεπτὸν οὐρούμενον καὶ μένον τοιοῦτον; ἐσχάτην ἀπεψίαν τὸ τοιοῦτον σημαίνει. εἰ γὰρ ἐνεχείρησεν ἡ φύσις ἐπὶ τὴν πέψιν ἐγκύπτειν οὐκ ἂν τοιοῦτον ἀπέκρινε. τοῦτο δὲ γίνεται ἢ δι' ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως ἢ δι' ἔμφραξιν ἢ διὰ τὸ χρόνιον εἶναι τὸ νόσημα. ἐπὶ γὰρ τῶν τεταρταίων χρόνων ὄντων ἐν ἀρχῇ διὰ τὸ πλῆθος καὶ τῆς ὕλης τὸ δυσπειθὲς διηθούμενον τὸ οὖρον λεπτὸν οὐρεῖται· οὐρεῖται λεπτὸν καὶ δι' ἔμφραξιν ἥπατος ἢ νεφρῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς ὀδύνης διαγινώσκεται δηλονότι τῆς τοπικῆς. οὐρεῖται δὲ λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ ἐπὶ τῶν διακαῶν πυρετῶν καὶ σημαίνει φρενίτιδα ἀπηλοῦν μεγάλην. καὶ γὰρ ὁ καῦσος

tuum indicat; et in his dolores capitis aut adſunt aut aderunt propter eam quae in humoribus eſt perturbationem et halitus.

Quid indicat urina craſſa micta ac poſtea deſiſtens? Sedari quidem in ipſis humoribus fermentationem indicat et moderatam quantitatem attenuari et hinc ſecretionem incipere.

Quid indicat urina tenuis micta et talis permanens? Ejusmodi urina ſummam indicat cruditatem; natura enim coctionem ſi fuiſſet aggreſſa, hanc talem non ſecreviſſet urinam. Hoc autem contingit aut propter imbecillitatem facultatis vel propter obſtructionem vel quia diuturnior futurus eſt morbus. In quartanis enim diuturnioribus in principio ob materiae copiam et ejus pervicaciam urina percolata tenuis meitur; tenuis etiam meitur propter obſtructionem hepatis aut renum, ſed ex dolore locali dignoſcitur, meitur vero tenuis et alba et in febribus ardentibus magnamque phrenitidem ſignificat imminere. Et-

Ed. Chart. VIII. [338.]
πυρετὸς πλῆθος δηλοῖ χολῆς, οὐ χρώννυται δὲ τὸ οὖρον· καὶ εὔδηλον ὅτι οὐ μένει ἐν τοῖς ἀγγείοις ἡ χολὴ, ἀλλὰ τῇ κουφότητι ἀνέδραμε εἰς τὸν ἐγκέφαλον· καὶ ἢν μὲν ἡ φρενῖτις οὐ πάρεστιν, γίνωσκε αὐτὴν ἤδη ἔσεσθαι. ἢν δὲ καὶ πάρεστι καὶ οὐρεῖται λεπτὸν καὶ λευκὸν μετὰ διακαεστάτου πυρετοῦ, δηλονότι θάνατον προαγγέλλει. οὐ γὰρ ὑποφέρει ἡ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ δύναμις ἤδη καταπροβεβλημένη τῷ διακαεῖ πυρετῷ ἐνέγκαι δριμύτητα καὶ δῆξιν χολῆς ἤδη σεσηπυίας.

Κεφ. ϛʹ. Πόθεν τὰ ἐλαιώδη γίνονται οὖρα; εἴωθεν ὁ πυρετὸς πρότερον μὲν τὴν πιμελὴν ἐκτήκειν, ἔπειτα δὲ τὴν σάρκα· ἔσχατον δὲ αὐτῶν τῶν στερεῶν σωμάτων καθάπτεται. τῆς μὲν οὖν πιμελῆς τηκομένης τὰ ἐλαιώδη οὖρα ἐκκρίνεται, κατὰ βραχὺ δὲ ἡ πιμελὴ τήκεται· ὅθεν ἀρχὴν ἔχει καὶ ἀνάβασιν καὶ ἀκμήν. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν τῆς συντήξεως ἐλαιόχροα τὰ οὖρα ποιεῖ, ὥστε εἶναι ἀμφίβολα εἴτε ὑδατώδη εἴτε ἐλαιώδη εἶναι· ἐν δὲ τῇ ἀναβάσει γίνονται ἐλαιοφανῆ, ὥστ' ἐπισημειοτέραν τὴν μίξιν τοῦ ἐλαίου

enim et ardens febris bilis copiam indicat, non autem coloratur urina, ac manifestum est in vasis bilem ipsam non remanere sed levitate sua in cerebrum efferri, ac si nondum adsit phrenitis, ipsam scito affuturam; sin autem adsit et urina tenuis et alba meiatur, in ardentissima febre mortem utique praenunciat; non enim possunt cerebri vires jam ab ardenti febre prostratae sustinere mordacitatem et acrimoniam putrefactae bilis.

Cap. VI. Unde oleosae fiunt urinae? Solet quidem febris prius adipem colliquare, deinde vero carnem, tandem solida etiam invadit ipsa corpora. Liquato igitur adipe urinae excernuntur oleosae, sensim vero liquatur pinguedo; unde principium habet et incrementum ac vigorem. In principio igitur colliquationis olei coloris facit urinas, ut sit ambiguum aquosaene sint an oleosae. In ipso vero incremento oleosae apparent, ut jam exquisitiorem olei videantur admixtionem habere. In ipso au-

Ed. Chart. VIII. [356. 357.]
ἔχειν· ἐν δὲ τῇ ἀκμῇ καὶ ἐν χρώματι καὶ ἐν συστάσει οἷον ἔλαιόν ἐστι, καὶ ἢ τῶν νεφρῶν ἐστι τοῦτο μόνον ἢ τοῦ παντὸς σώματος· καὶ εἰ μὲν τῶν νεφρῶν μόνον ᾖ, ἀθρόως ἐκκρίνεται πλῆθος τοιοῦτον μετὰ πλείονος θερμασίας αἰσθήσεως περὶ τοὺς νεφρούς· εἰ δὲ τοῦ παντὸς σώματος, κατὰ βραχὺ τὴν προσθήκην ποιεῖται.

[357] Κεφ. ζ'. Τί σημαίνουσιν αἱ ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις; ὅταν δαπανηθεῖσα ᾖ πιμελὴ, λοιπὸν ἡ σὰρξ τήκεται καὶ ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις ἐν τοῖς οὔροις ἐκκρίνει, ἀλλὰ ἢ τῶν νεφρῶν ἐστιν ἢ τοῦ παντὸς σώματος. εἰ μὲν οὖν ἐν πυρετοῖς φανείη τοιοῦτον οὖρον, τοῦ παντὸς σώματος δηλοῖ τὸ πάθος εἶναι· εἰ δὲ μὴ, τῶν νεφρῶν μόνων. καὶ πάλιν εἰ μέν ἐστιν ἀπεψία τῶν οὔρων, ὅλου τοῦ σώματός ἐστι τὸ κακόν. εἰ δὲ πέψις μὲν ᾖ καὶ ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις ἐκκρίνει τῶν νεφρῶν τὸ πάθος δηλοῖ.

Τί δηλοῦσιν αἱ πιτυρώδεις ὑποστάσεις; ὅταν ὁ πυρετὸς δαπανήσῃ τὴν πιμελὴν καὶ τὸ πλέον τῆς σαρκὸς καὶ ἐν τῷ βάθει τῶν ἀγγείων ἐγκατασκήψῃ γίνονται πιτυρώδεις αἱ ὑποστάσεις, στεγνότεραι μὲν τῶν πεταλωδῶν, παχύτεραι δ'

tem vigore et colore et confiftentia veluti oleum eft; atque haec pinguedo vel renum dumtaxat eft vel totius corporis; ac fi renum dumtaxat fuerit, confertim excernitur ejusmodi copia cum plurimi caloris fenfu circa renes, fin autem totius corporis, fenfim incrementum.

Cap. VII. Quid indicant ervofa fedimenta? Quum jam abfumptus fuerit adeps, reliqua caro liquatur et ervofa fedimenta in urinis fubfident. Sed et hae aut renum funt aut totius corporis. Si igitur in febribus apparuerit talis urina, totius corporis affectionem indicat; fin minus, folorum renum; et rurfus fi crudae fint urinae, totius corporis eft malum. Si vero concocta eft urina, ervofa autem fedimenta, renum affectionem indicat.

Quid indicant furfuracea fedimenta? Quum febris depafta fuerit pinguedinem et majorem carnis partem et in vaforum fundum irruerit, furfuracea fiunt fedimenta, anguftiora quidem fquamofis, verum ipfis craffiora. Ex-

Ed. Chart. VIII. [357.]

ὅμως τούτων· ἐκκρίνεται δὲ ἐνίοτε κἀκ τοῦ παντὸς σώματος κἀκ τῆς κύστεως, ἀλλ᾽ εἰ μὲν πυρετὸς παρείη ὅλου τοῦ σώματος τὸ κακόν. ἢν δὲ μὴ, τῆς κύστεως μόνης· καὶ εἰ μὲν ἄπεπτον εἴη τὸ οὖρον, τοῦ παντὸς σώματος τὸ πάθος ἐστίν. εἰ δὲ πεπεμμένον, τῆς κύστεως, ἀλλὰ καὶ τοπικὴ ὀδύνη ἐστί.

Τί δηλοῦσιν αἱ πεταλώδεις; ὅταν αὐτὰ πάθωσι τὰ στερεὰ πρῶτον μὲν ἐπιπολῆς διεξέονται καὶ εἰ μὲν μετὰ πυρετοῦ, τὸ ὅλον κεκάκωται δηλονότι σῶμα. εἰ δ᾽ οὖν ἐκ μόνης τῆς κύστεως, ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐκ τῆς κύστεως πεπεμμένα, τὰ δὲ τοῦ παντὸς σώματος ἄπεπτα.

Τί δηλοῦσιν αἱ ἐν τοῖς οὔροις κριμνώδεις ὑποστάσεις; ἐπειδὰν ὁ πυρετὸς ἐς τὸ βάθος τῶν ἀγγείων καταληφθῇ καὶ μεῖζον πλάτος ἐπιλάβῃ καὶ μῆκος ἁδρότερον, γίγνονται τῶν πιτύρων αἱ ὑπόστασεις καὶ καλοῦνται κριμνώδεις· ἀλλὰ τὰ κριμνώδη δύο σημαίνουσιν· ἢ γὰρ ὑπερόπτησιν δηλοῦσι τοῦ αἵματος ἢ σύντηξιν ἰσχυρὰν τῶν στερεῶν δηλονότι σω-

cernuntur nonnunquam vel ex toto corpore vel ex vesica; at si febris adfuerit, totius corporis vitium est; sin minus, vesicae solius, ac si cruda fuerit urina, totius corporis est affectio, sin autem cocta, vesicae; sed et localis dolor adest.

Quid indicant sedimenta squamosa? Quum ipsae solidae partes sunt affectae, primum quidem abraduntur in superficie; atque si cum febre universum corpus afficitur; sin minus, sola vesica, sunt autem quae a vesica mittuntur cocta; quae a toto corpore incocta.

Quid indicant urinarum sedimenta crassiori farinae similia? Quum febris vasorum subierit profundum et majorem latitudinem assumpserit et longitudinem ampliorem fiunt furfuracea sedimenta et vocantur crassiori farinae similia. Sed crimnode duo significant: vel enim nimiam sanguinis adustionem significant vel vehementem solidarum partium colliquationem; atque si ipsum quidem

μάτων, καὶ εἰ μὲν λευκὴ ἡ ὑπόστασις εἴη, τῶν στερεῶν σωμάτων ἐστὶ τὸ πάθος, εἰ δὲ ἐρυθρὰ, τοῦ αἵματος.

Τί δηλοῖ τὸ δυσῶδες; σῆψιν καὶ νέκρωσιν τῆς φύσεως.

Κεφ. η'. Τί δηλοῦσι τὰ μέλανα δηλονότι οὖρα; πάντα ταῦτα εὐθὺς καὶ παχέα πάντως εἰσὶ καὶ ὀλέθρια. σπάνιον γὰρ ἢ οὐδ' ὅλως εὑρεθήσεται μέλαν λεπτόν. τὸ γὰρ μέλαν χρῶμα ἢ δι' ὑπερόπτησιν γίνεται αἵματος ἢ διὰ ψύξιν ὅλου τοῦ σώματος ἢ τοῦ μελαγχολικοῦ καθαιρομένου χυμοῦ. αἱ τρεῖς γοῦν αὐταὶ διαφοραὶ παχυτάτας κέκτηνται τὰς συστάσεις, καὶ ἐξ ἀνάγκης παχέα εὑρίσκονται τὰ μέλανα δηλονότι τῶν οὔρων. ἐπὶ μὲν τῶν ὀξέων νοσημάτων ὀλέθριον ἐς τοὐπίπαν τὸ μέλαν οὖρόν ἐστιν· ὅταν καὶ δυσῶδες ὑπάρχῃ καὶ ἡ ὑπόστασις μέλαινα. ἀδύνατον γὰρ τὸν ὀξέως νοσοῦντα τοιοῦτον οὐρήσαντα μὴ ἀποθανεῖν· ἢν δὲ ἡ ὑπόστασις μέλαινα εἴη, ὀλεθριώτερον, ἢν δὲ ἐναιώρημα μὲν ἴσχῃ, ἧττον κακόν. ὁμοίως καὶ ἢ νεφέλην ἔχει ὁμοίαν ἢ ὑπονεφελίζει, τὸ κακὸν ἠπιώτερον. τὸ δὲ μέλαν ποτὲ μὲν ἐνδεί-

ſedimentum fuerit album, affectus eſt ſolidarum partium; ſi rubrum, ipſius ſanguinis.

Quid ſignificat urina graveolens? Putrefactionem et naturae interitum.

Cap. VIII. Quid nigrae indicant urinae? Hae omnes urinae ſimul et craſſae ſunt omnino pernicioſae, raro enim vel nunquam invenietur tenuis et nigra; niger enim color vel propter aduſtionem accidit ſanguinis vel propter refrigerationem totius corporis vel propter melancholici humoris expurgationem; tres igitur hae ſunt differentiae urinarum quae craſſiſſimam obtinent conſiſtentiam, ac craſſae inveniantur urinae nigrae neceſſe eſt. In acutis igitur morbis pernicioſa ut plurimum urina nigra eſt, quando et gravis odoris eſt et ſedimentum habet nigrum; eum enim qui acuto morbo fuerit correptus ſervari eſt impoſſibile, ſi talem minxerit urinam; ſi vero ſedimentum nigrum fuerit, pernicior eſt; ſin vero ſuſpenſum fuerit nigrum, minus mala; ſimiliter ſi nubem vel nubeculam ſimilem habuerit, mitius eſt malum, nigrum enim aliquando

νυνται ψύξιν, ποτὲ δὲ θέρμην, εἴτουν ὑπερόπτησιν. καὶ εἰ μὲν οὖν πρότερον πελιδνὸν οὐρηθῇ, εἶθ᾽ οὕτω γένηται μέλαν, ψύξιν ἔχει. εἰ δὲ τὸ ξανθὸν προηγήσατο, ἔπειτα μετετράπη μέλαν, [358] ὑπὸ πλείονος θερμοῦ ἐξυπεροπτηθὲν μέλαν γέγονε. γνωστέον δὲ καὶ ἐπὶ τῇ παρακμῇ τοῦ τεταρταίου καὶ τῆς μελαγχολικῆς παρανοίας λυομένης οὖρα μέλανα ἐκκρίνονται καὶ παχέα. τοῖς γὰρ σπληνώδεσι τὰ πολλὰ τοιοῦτον οὐρεῖται ἡνίκα ἄῤῥωστος ὁ σπλὴν διακείμενος φαίνηται· οὐδεμίαν γὰρ διοίκησιν καὶ κατεργασίαν ποιεῖται τοῦ μελαγχολικοῦ περιττώματος· ἡμεῖς δὲ ὀλέθρια ἔφαμεν εἶναι ταῦτα ἐπὶ τῶν ὀξέων ἀῤῥωστημάτων. τοῖς μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, τοῖσι δ᾽ αὖ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα, ἧττον δὲ ὀλέθρια γίνονται τὰ μέλανα τῶν ἐχόντων τὸν σπλῆνα ἄῤῥωστον καὶ οὐκ ἐκ διακαύσεως. τὸ δὲ ἐκ καταψύξεως μελαινόμενον πελιοῦταί πως τὸ αἷμα, καθάπερ ἐπ᾽ ἄλλων τινῶν. ἀλλ᾽ ἐξ ἀναχύσεως τοῦ μελαγχολικοῦ.

Κεφ. θ᾽. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν διαχωρημάτων, οὕτω κἀπὶ

indicat perfrigerationem, aliquando vero caliditatem, nonnunquam aduſtionem; atque ſiquidem prius lividam minxerit, poſtea vero nigra fiat, frigus habet; ſin autem flava praeceſſerit, poſtea vero in nigram convertatur, ab immodico calore ſuperaſſata nigra facta eſt. Sciendum vero eſt in declinatione quartanarum et melancholicae inſaniae ſolutione craſſas et nigras urinas excerni. Frequenter enim tales mejunt lienoſi quum lien imbecillior apparet; nullam enim digeſtionem et perfectionem efficit melancholici excrementi, nos vero ejusmodi urinas in acutis morbis lethales eſſe diximus, viris quidem et mulieribus urinae nigrae peſſimae, pueris vero aquoſae, minus vero perniciosae ſunt nigrae his qui ſplenem habent imbecillum nec ex aduſtione; omnis autem ſanguis a refrigeratione denigratus liveſcit, quemadmodum in aliis quibusdam, ſed id ex melancholici humoris diffuſione.

Cap. IX. Quemadmodum in dejectionibus, ita in

τῶν οὔρων κανόνι τῷ τῶν ὑγιαινόντων κεχρημένοι κατὰ τῶν νοσούντων σημειωσόμεθα· οὖρον τοίνυν ἄριστόν ἐστι τὸ τῶν ὑγιαινόντων ὁμοιότατον· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ ὑπόπυῤῥόν τε ἅμα καὶ ὑπόξανθον, εὐθὺς δὲ λεπτοῦ καὶ πάχους συμμέτρως ἔχον. οὔσης δὲ τριττῆς τῆς τῶν θολερῶν οὔρων διαφορᾶς, ἢ γὰρ οὐρηθέντα τὰ τοιαῦτα καθίστανται μὴ ὀλίγον ἢ μένει παραπλήσια ἄχρι παντός. ἢ καθαρὰ μὲν ἐκκρίνεται, μετὰ ταῦτα δὲ ἀναθολοῦται, μοχθηρὸν μὲν τὸ τρίτον εἰρημένον, ἐπιεικὲς δὲ τὸ πρῶτον, ἐν μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστι τὸ δεύτερον. τὸ δὲ ἐς κύτος ἄπεπτον· ὅπερ ἐστὶ τὸ ὑδατῶδες ἀκριβῶς οἷον ἀπαγνωσμένης πέψεως σύμπτωμα τοῦ φλεβώδους γένους ὑπάρχον· ὅταν δὲ καὶ ταχέως διεξέρχηται, ὁ καλούμενος διαβήτης γίνεται· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπέπτων οὔρων τὸ χείριστόν ἐστιν, ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν τὸ λεπτὸν καὶ λευκὸν οἷον τὸ ὕδωρ· τούτων ἐγγύς ἐστιν ἕτερον οὖρον ἐν πολλαῖς νόσοις φαινόμενον, ἐγγὺς ἱκανῶς τοῦ λεπτοῦ καὶ λευκοῦ· τὸ δὲ ὕπωχρον ἐφεξῆς ἐστι τούτου· τὸ δὲ ὠχρὸν εἴη μὲν ἤδη τοῦτο καὶ ὑπόπυῤῥον, πέττεται δὲ ἤδη τῆς

urinis quoque regula sanorum usi de aegrotantium urinis indicia sumemus. Urina igitur optima est quae sanorum urinae simillima; talis nimirum est subrufa simul et subflava, nimirum vero haec et tenuitatem et crassitiem moderatam habet, at quum triplex sit urinarum turbidarum differentia, vel enim tales mictae paulopost subsident vel similes manent perpetuo vel purae quidem excernuntur, deinde vero turbantur, prava quidem existit quae tertia ordine dicta est; benigna quae prima, in medio utriusque consistit secunda, summe cruda est, exacte aquosa veluti desperatae coctionis venosi generis symptoma. Quum autem celeriter descenderit, diabetes appellatus efficitur; verum haec sane inter urinas deterrima est, succedit autem ipsi tenuis et aquae modo alba, his vicina est alia urina, quae multis in morbis apparet tenuis et albae admodum vicina, subpallida vero hanc sequitur, quae pallida quidem modo erit et subrufa, concoquitur autem jam quantum ad colorem ipsius attinet, tantum vero crassitie ipsam

Ed. Chart. VIII. [358.]

χροιᾶς γε ἕνεκα· χρὴ δὲ αὐτὸ καὶ τῷ πάχει τοσοῦτον ἀποκεχωρηκέναι τοῦ ὕδατος, εἰ μέλλει πεπέφθαι καλῶς ὅσον καὶ τῷ χρώματι. εἰ δὲ τὴν κατὰ φύσιν χροιὰν ἀκριβῶς φυλάττων ὑπόστασιν λευκὴν καὶ λείαν καὶ ὁμαλὴν καὶ πολλὴν ποιεῖ, πέψιος μὲν ἂν εἴη ἀκριβοῦς γνώρισμα. τὰ πλείονα δὲ τὸν ὠμὸν χυμὸν ἐκκαθαίρεσθαι δηλοῖ. κἂν παχύτερον δὲ ᾖ μετρίου καὶ ἔχῃ τινὰ ὑπόστασιν, οὐ πάντως ἤδη ἄπεπτον· εἰ γὰρ ἤτοι κριμνώδεις ἢ πιτυρώδεις ἢ μελαίνας ἢ πελιδνὰς ἢ χλωρὰς ἢ δυσώδεις ὑποστάσεις ἔχει, πρὸς τὸ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἄπεπτον εἶναι καὶ ἄλλο ὀλέθριον ὑπάρχει. τὰ δὲ εὔχροά τε ἅμα καὶ ἤτοι τὰς ὑποστάσεις λευκὰς καὶ λείας καὶ ὁμαλὰς ἢ νεφέλας τινὰς ὁμοίας ἢ ἐναιωρήματα ποιούμενα πάντων ἐστὶν οὔρων χρηστότατα, καὶ μάλιστα μὲν ὧν ἡ ὑπόστασις εἴη τοιαύτη· δεύτερα δὲ ὧν ἂν ἐναιωρήματα· τρίτα δὲ ὧν νεφέλη καὶ ἁπλῶς τὰ τοῖς οὔροις ἐμφερόμενα χρηστῶς· ὅσωπερ ἂν ὑφιζάνῃ κάτω, τοσούτῳ βελτίω γίνεται.

ab aquosa recessisse oportet, si probe concoqui debeat quantum etiam colore; sin autem colorem naturalem ad amussim servans sedimentum album, laeve et aequale et copiosum reddit, exactae quidem concoctionis nota fuerit, largius vero crudum humorem expurgari significat. Quod si urina crassa modice sit habeatque sedimentum aliquod, non cruda jam ex toto erit, si enim sedimentum parti farinae crassiori aut laminis simile aut furfuri aut nigrum aut lividum aut viride aut graveolens habeat, praeterquam quod hujusmodi quodque crudum est, etiam mortis periculum alias ostendit. Porro boni coloris urinae quaeque simul vel sedimentum album, laeve et aequale repraesentent vel nebulas quasdam similes vel suspensum omnium urinarum sunt laudatissimae et praecipue quarum sedimentum exstiterit tale, deinde commendatur urina cujus suspensa ejusmodi cernuntur, tertio cujus nebulae tales apparent, ac ut uno verbo expediam quae urinis probe innatant quantoque inferius subsident tanto magis laudantur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΦΥΓΜΩΝ ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΦΙΛΟΜΑΘΗ ΚΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ.

Ed. Chart. VIII. [333.]

[333] *Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν πραγματείας σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, καὶ εἰπεῖν πρῶτον μὲν τί ἐστι σφυγμός· καὶ διὰ τί εἴρηται σφυγμός· καὶ τίς ἡ χρεία τοῦ σφυγμοῦ· καὶ τί ἐστιν ἡ ἀρτηρία. καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν σκοπὸν καὶ ἀρκτέον ἀπὸ τοῦ πρώτου. σφυγμός ἐστι κίνησις καρδίας καὶ ἀρτηρίας κατὰ διαστολὴν καὶ συστολὴν γινομένη, πρὸς ἔμψυξιν τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ καὶ ἀπόκρισιν τῶν λιγνυωδῶν*

GALENI DE PULSIBUS AD ANTONIUM DISCIPLINAE STUDIOSUM AC PHILOSOPHUM.

Scopum habemus in praefenti libro de pulfuum opere concifam exponere tractationem; ac dicere primum quid fit pulfus; cur dicatur pulfus; quis pulfus ufus; et quid fit arteria. Atque ad fcopum accedamus; et a primo exordiendum. Pulfus eft motus cordis et arteriae, qui per diaftolen ac fyftolen perficitur ad innati caloris refrigerationem et fuliginoforum excrementorum exeretionem. Di-

περιττωμάτων. εἴρηται δὲ σφυγμὸς παρὰ τὸ σφύζειν καὶ κινεῖσθαι. τριχῶς δὲ διαιροῦσιν αὐτοῦ, δύναμις ἡ ποιοῦσα τὴν κίνησιν, χρεία κατεπείγουσα, καὶ ὄργανον ὑπήκοον. ἔλθωμεν δὲ ἐπὶ τὴν ἀρτηρίαν. ἀρτηρία ἐστὶ σώματος ἐπίμηκες κυκλικὸν, δίκην σωλῆνος διχῆ διαιρούντων ἀπὸ καρδίας ἐρχόμενον καὶ ἐπὶ τὸ πᾶν σῶμα καταμεριζόμενον, ἀέρα καὶ πνεῦμα ζωτικὸν περιέχον. ἀρτηρία δὲ εἴρηται παρὰ τὸ τηρεῖν τὸν ζωτικὸν ἀέρα· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ὠτίου τῆς καρδίας ἐκ τῆς λεγομένης ἀορτῆς ἐκφύεται, ἥτις σχίζεται διχῆ, καὶ τὸ μὲν κάτω φέρεται διὰ τῶν ἔνδοθεν κάτω, καὶ μερίζεται δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἐπὶ μηροὺς καὶ ἕως περάτων τῶν ποδῶν καὶ δακτύλων· τὸ δὲ ἕτερον αὐτῆς πάλιν ἄνω φερόμενον διαιρεῖται ὁμοίως δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ εἰς χεῖρας καὶ κεφαλὴν φερόμενον, ποιεῖ τὰς καρωτίδας λεγομένας ἀρτηρίας. τὸ δὲ ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἔσωθεν φερόμενον· ἔρχεται ἐπὶ βραχίονας καὶ πήχεις καὶ μέχρι καρπῶν καὶ ἄκρων χειρῶν καὶ δακτύλων. εἶτα μετὰ τὸ εἰπεῖν ἡμᾶς ταῦτα εἴπωμεν καὶ περὶ τοῦ σκοποῦ· σκοπὸν

citur autem pulſus a pulſando ac movendo. Tria vero ipſum dividunt, facultas efficiens motum, urgens uſus, et obſequens inſtrumentum. Sed ad arteriam veniamus. Arteria pars eſt corporis oblonga, orbicularis, tubi inſtar bifariam dividentium quae a corde manans in univerſum corpus diſtribuitur, aërem et ſpiritum vitalem continens. Arteria vero a τηρεῖν quod vitalem ſpiritum conſervet, at ipſa e ſiniſtra cordis auricula ex ea quae dicitur aorta exoritur, quae duas in partes diffinditur, quarum una quidem deorſum fertur per partes interiores inferas, ac dextra et ſiniſtra in crura ad extremos usque pedes atque digitos diſtribuitur; altera vero rurſum ipſius portio quae furſum fertur ſimiliter dextra ac ſiniſtra in manus et caput repens cervicales quas dicunt arterias efficit; quae autem in dextras ac ſiniſtras partes intro ducitur in brachia et cubitos adusque carpum ac manum digitorumque extrema. His a nobis explicatis deinceps quoque de ſcopo

Ed. Chart. VIII. [333.]
ἔχει τὸ παρὸν σύγγραμμα διαγνώσεις εἰπεῖν, καὶ οἱονεὶ αἰτίας ἀπὸ τῆς τῶν σφυγμῶν κινήσεως ποιήσωμεν τῶν κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσει καὶ τῶν οὐ φύσει, οἷον κράσεων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ ἡλικιῶν καὶ ἄλλων συστοίχων. τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μὲν ἄῤῥενες, αἱ δὲ θήλειαι· καὶ τούτων αὐτῶν οἱ μὲν γὰρ θερμότεροι κατὰ φύσιν, οἱ δὲ ψυχρότεροι. καὶ οἱ μὲν ἰσχνοὶ φύσει, οἱ δὲ πιμελώδεις καὶ πολύσαρκοι· καὶ οἱ μὲν ἄνδρες τῶν γυναικῶν ὡς ἐπίπαν θερμότεροι καὶ ἐῤῥωμενέστεροι κατὰ φύσιν εἰσίν. εἰκότως οὖν ἐπ' αὐτῶν οἱ σφυγμοὶ ταχύτεροι καὶ σφοδρότεροι· τῶν δὲ γυναικῶν ὡς ψυχροτέρων βραδύτεροι καὶ ἀμυδρότεροι· ἐφ' ἑκατέρων δὲ τούτων ἢ καθ' ἑτέρων, λέγω δὴ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἐπιταθεῖσα ἡ κρᾶσις ἐπιτείνει καὶ τοὺς σφυγμούς· εἰ μὲν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μείζονας καὶ σφοδροτέρους ποιοῦσα. τὸ μὲν θερμὸν ταχυκίνητον. εἰ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον, μικροτέρους καὶ βραδυτέρους· τὸ γὰρ ψυχρὸν βραδυκίνητον. τὸ δὲ τῆς ἕξεως τοῦτ' ἔστιν ἐπ' ἀμφοῖν εὑρίσκεται, οἷον τὸ ἰσχνὸν καὶ τὸ πολύσαρκον. ἐπὶ γὰρ

aut propofito differamus. Huic praefenti libro fcopus eft dignotiones dicere, ac fi fieri poffit caufas a motu pulfuum, alias fecundum naturam, alias praeter naturam, alias non natura conftituemus, ut ex ratione temperamentorum, virorum, mulierum, aetatum et aliorum ejusdem feriei. Hominum enim alii mares, alii feminae; et horum ipforum alii fecundum naturam calidiores, alii vero frigidiores; hi quidem graciles natura, illi vero obefi et carnofi. Ac viri quidem ut plurimum feminis natura calidiores et vehementiores; mulierum vero ut frigidiorum tardiores et imbecilliores. In utrisque autem his aut alterutris, viris dico et feminis, temperamentum autem pulfus quoque intendit; fi quidem in calidius, majores ac vehementiores efficit. Calidum certe celeriter movetur; fi vero in frigidius, minores ac tardiores; frigidum namque tarde movetur. Quod autem ad habitum is in utrisque reperitur, qualis eft gracilis et carnofus. In ipfis

τῶν ἰσχνῶν ὑψηλότεροι ὑποπίπτουσι τῇ ἁφῇ οἱ σφυγμοὶ, ἐπὶ δὲ τῶν πιμελωδῶν καὶ πολυσάρκων ταπεινότεροι. ἐπισκεπτέον οὖν καὶ τὰ σύστοιχα οἷον ὡρῶν, χω- [334] ρῶν, ἡλικιῶν μερικῶν καταστήματα, καὶ ἔτι εἰπεῖν ἐπὶ μὲν τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους τεσσάρων ὄντων, οἷον ἔαρος, θέρους, φθινοπώρου, χειμῶνος· ὅτι τούτων εὔκρατοί εἰσι δύο, ἔαρ καὶ φθινόν· δύσκρατοι δὲ δύο, χειμὼν καὶ θέρος. εἰκότως οὖν ἐν τῷ ἔαρι καὶ τῷ φθινοπόρῳ οἱ σφυγμοὶ μεγάλοι τέ εἰσι καὶ σφοδροὶ διὰ τὸ εὔκρατον τοῦ καταστήματος· δῆλον ὅτι κατὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀνάλογον. ἐν δὲ τῷ θέρει ταχύτεροι καὶ πυκνότεροι διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἔξωθεν ἀέρος θερμότητα· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι μικροὶ μὲν διὰ τὸ βαρῦσθαι τὴν δύναμιν, πυκνοὶ δὲ καὶ ταχεῖς διὰ τὴν κατεπείγουσαν χρείαν τῆς ἐγκυμονούσης καὶ τοῦ βρέφους, ἐπὶ δὲ τοῦ ὕπνου ἐπινενευκότες. πῶς γίνονται οἱ σφυγμοὶ καὶ μικροὶ καὶ ἀμυδρότεροι; δῆλον ὅτι τῆς ἐμφύτου θερμότητος εἰσδυνούσης ἐπὶ τὸ βάθος· ἐπὶ δὲ τῶν ἐπικτήτων κράσεων πρὸς τὰ ἐπελθόντα μεταβάλλονται καὶ αἱ κράσεις. ὡσαύτως

enim gracilibus altiores ipſi tactui pulſus ſubjiciuntur; in ipſis autem obeſis et carnoſis depreſſiores. Quin et ea quae ſunt ejusdem generis veniunt obſervanda, ut tempeſtates, regiones, aetatum ſingularum conſtitutiones, et ut verbo dicam in ipſis tempeſtatibus anni quae quatuor ſunt, ver videlicet, aeſtas, autumnus, hiems; quod harum duae ſint temperatae, ver et autumnus; duae vero intemperatae, hiems et aeſtas; jure igitur in ipſo vere et autumno pulſus magni ſunt et vehementes propter temperatam hanc tempeſtatem. Manifeſta eſt aetatis analogia: aeſtate vero celeres atque crebri propter extrinſecus ambientis nos aëris calorem; hieme vero parvi quia facultas ipſa premitur; in iis quae uterum gerunt crebri et celeres propter urgentem uſum praegnantis et foetus. In ſomno vero ſupernutantes. Quomodo fiunt pulſus parvi et imbecilliores? Fieri clarum eſt innato calore in profundum ſe recipiente. In ipſis autem temperamentis adſcititiis ſimul cum iis quae ſuperveniunt, mutantur et

Ed. Chart. VIII. [334.]

καὶ ἐπὶ τῶν ἰσχνώσεων, ὡς ὅταν ἡ κατὰ φύσιν δύναμις πάσχῃ κατ᾽ οὐσίαν τινὸς κυρίου μορίου ἢ ὑπό τινος αἰτίου ποιοῦντος καὶ βαίνοντος αὐτήν. ἔλθωμεν οὖν καὶ ἐπὶ τὰ οὐ φύσει, ταῦτά εἰσι γυμνάσια, λουτρὰ, σιτία πολλὰ, οἴνου πόσις, ὕδατος πολλοῦ πόσις· ὡσαύτως δὴ καὶ ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν, τουτέστιν αἴτια, νοσήματα, ἅπερ ὁμοίως κατὰ τὰ προλεχθέντα ἐπισκέπτεσθαι δεῖ. ἰστέον δὲ ὅτι τὰ κατὰ φύσιν καὶ οὐ φύσει ἀμέτρως γινόμενα εἰς τὸ παρὰ φύσιν τρέπουσι τοὺς σφυγμούς. περὶ δὲ τῆς τῶν ἁπάντων ἀπολογίας τε καὶ διαφορᾶς τῶν κινήσεων. ὅταν οὖν ἐπ᾽ ἄῤῥωστον κληθεὶς ὃν οὔπω τεθέασαι, ἐπισκόπει πρῶτον μὲν ἢ ἄρσεν ἢ θῆλύ ἐστι· καὶ εἰ μὲν ἄρσεν, ἐννόει τὸν σφυγμὸν τοῦ ἄῤῥενος· εἰ δὲ θῆλυ, τῆς θηλείας· εἶτα τὴν φύσιν τοῦ κάμνοντος καὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τὴν χώραν καὶ συγκρίνας ἅπαντα καὶ στοχασάμενος ὁποῖον ἔδει σφυγμὸν ἔχειν τὸν κάμνοντα, ὁπότε ἦν ὑγιὴς, τότε γνώσεις ἀκριβῶς τὸ μέγεθος τῆς παρὰ φύσιν

temperamenta. Similiter et in macie ut quando quae fecundum naturam eft facultas in fubftantia partis cujuspiam principis laeditur vel ab aliqua caufa ipfam efficiente aut fu[illegible]unte. Veniamus igitur ad ea quae non natura, haec funt exercitia, balnea, cibi multi, vini potus, aquae multae potus. Similiter etiam et ad ea quae praeter naturam, haec funt caufae, morbi, quae fimiliter ac ea quae dicta prius fuere debemus animadvertere. Sciendum vero eft ea quae fecundum naturam et quae non natura immoderata fi fuerint, in id quod praeter naturam eft pulfus immutare. De apologia autem omnium et differentia motuum. Quum igitur ad aegrum vocatus quem nondum videris antea, primum obferva fitne mas an femina, ac fi mas fuerit mente concipias pulfum maris; fi vero femina, pulfum ipfius feminae. Poftea naturam aegrotantis, ejus aetatem, ac poft haec tempeftatem anni et regionem; et omnia conferens ac conjectans qualem oportebat habere pulfum ipfum aegrotantem quando fanus erat, tunc abfo-

γινομένης παρατροπῆς τοῦ σφυγμοῦ· τούτων οὕτω προτεθέντων εἴπωμεν καὶ τὰ γένη τῶν σφυγμῶν. γένη τῶν σφυγμῶν εἰσι δέκα. πρῶτον μὲν γένος τῶν σφυγμῶν ἐστι τὸ παρὰ τὸ ποσὸν τῶν διαστάσεων· τὸ δὲ ποσὸν κατὰ τὸ τρίτον διάστατον θεωρεῖται τυχὸν, κατά τε πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος. εἰκότως οὖν ὁ οὕτως αὐξυνθεὶς κατὰ τὰς τρεῖς διαστάσεις καὶ ὑπερβὰς τὸ μέτρον λέγεται μέγας. δεύτερον γένος σφυγμῶν τὸ παρὰ τὸ ποσὸν τῆς κινήσεως τῆς ἀρτηρίας τῆς τε διαστολῆς καὶ συστολῆς, ἐν ᾧ θεωρεῖται ὁ ταχὺς καὶ ὁ βραδὺς καὶ ὁ σύμμετρος. τρίτον γένος τῶν σφυγμῶν τὸ περὶ τὸν τόνον τῆς δυνάμεως ἐν ᾧ θεωρεῖται σφοδρὸς καὶ ὁ ἀμυδρὸς καὶ ὁ σύμμετρος. ἡ γὰρ πυκνότης προλαβοῦσα τὸ μέγεθος ποιεῖ τὸν σφυγμὸν σφοδρόν· ὅτε γὰρ ἐπικρατήσει ἡ δύναμις τῶν αὐτῶν, τότε μᾶλλον γίνεται σφοδρὸς καὶ τὸ ἀνάπαλιν. τέταρτον γένος σφυγμῶν τὸ παρὰ τὴν σύστασιν τοῦ ὀργάνου, λέγω δὴ τοῦ τῆς ἀρτηρίας σώματος, ἐν ᾧ θεωρεῖται ὁ σκληρὸς καὶ ὁ μαλακὸς καὶ ὁ σύμμετρος. πέμπτον γένος σφυγμῶν τὸ παρὰ τὸ ποσὸν

lute cognofces magnitudinem praeter naturam factae mutationis ipfius pulfus. His igitur praemiffis pulfuum genera dicamus: genera pulfuum funt decem: primum quidem pulfuum genus eft ex quantitate diftentionum: quantitas vero ex tribus dimenfionibus conftare videtur, ex latitudine et longitudine et profunditate. Merito igitur qui hoc modo auctus eft fecundum tres iftas dimenfiones et moderationem excedit, dicitur magnus. Secundum genus pulfuum eft ex quantitate motus arteriae fecundum diaftolen et fyftolen, in quo celer et tardus et moderatus obfervantur. Tertium genus pulfuum eft fecundum robur ipfius facultatis, in quo obfervantur vehemens et imbecillus et moderatus: etenim fi frequentia nacta fuerit magnitudinem, pulfum efficit vehementem; quando enim facultas fuperat caufas, tum maxime fit vehemens et contra. Quartum genus pulfuum eft ex organi conftitutione, dico vero corporis arteriae, in quo obfervantur durus et mollis et moderatus. Quintum genus pulfuum eft ex quan-

